partem eius nobiliores que est celum

**Habens autem et continens in se ip
so infinitum tempus ex dictis licet ac
cipere fidem**

Infert correlarie quod ex dictis est accipere fidem ipsum
esse habens et continens in se tempus infinitum. In
telligendum quod dicit omne celum quod habet veritatem siue ly omne
capitulum cathegoretice siue sincathegoretice quod celum
ita quo ad totam eius essentiam: quare quo ad qualibet
eius partem est ingenerabile et incorruptibile hoc dicit ad
differentiam aliorum corporum simplicium que sunt cor
ruptibilia secundum partem. Intelligendum secundo quod
dicit sed est vnum non vult ex isto Aristoteles celum
esse vnum numero et non compositum ex pluribus spe
ris sed vult quod sit vnum secundum speciem quod
quomodo sit verum videbitur in capitulo de partibus
celi. Intelligendum tertio secundum commentatorem commento
primo huius secundi libri quod dicit Aristoteles principium
quidem et consumationem non habens quod esse ipsum celi est

Primus

line principio et sine quibus non habet principium nec finem in tempore cum sit causa temporis continens ipsum est enim causa sui motus et motus suus est causa ipsius id est per motum celi mensuramus omnes alios motus. Intelligendum quod quarto secundum commentatorem quod dicitur. *Res. continens in se ipso infinitum tempus hoc dicitur quod causa continens suum causatum et non e contra cum ergo celum sit causa temporis id est celi continet tempus et quod celi continet tempus infinitum et omne tempus sequitur quod illa que sunt extra celum ut deus et intelligentie non sunt in tempore.*

Et per opinionem eam que ab aliter dicentibus et generantibus ipsum. si enim sic quidem habere contingit secundum quem autem modum illi factum esse dicunt. non contingit magnam utique habebit et hoc inclinationem ad fidem de immortalitate ipsius et sempiternitate

Hic ponit secundam rationem dicens primo quod hoc etiam patet per opinionem illorum qui dicunt mundum esse genitum sumendo scilicet rationem ex opposito. Unde arguit *Res.* sic illud est ponendum ad quod nullum sequitur impossibile sed bene ad eius oppositum sed ad istam conclusionem positam non sequitur impossibile sed bene ad eius oppositum quod et nota cum maior minor per dicta supra. ubi improbare fuerunt opiniones illorum. Intelligendum secundum alexandrum ut commentator allegat quod nos maxime sustentati sumus super dictis huius hominis. *s. Res.* iter omnes quia dicta sua sunt minoris ambiguitatis remotiora a contradictione Intelligendum hoc quod dicitur *Res.* de immortalitate ipsius scilicet celi et sempiternitate. Primum dicitur propter antiquos qui posuerunt celum esse aeternum et vivere nam ille terminus immortalitas dicitur perpetuitate in vita dixit autem sempiternitate propter opinionem communem de eternitate celi: quod iste terminus sempiternitas denotat eternitatem esse alicuius siue tale sit animatum siue inanimatum.

Propter quod bene habet persuasibilem seipsum exhibere. antiquis et maxime patrum nostrorum ueros credere esse sermones: ut sit immortale aliquid et diuinum habentium quod dem motum.

Probat per tertiam rationem que sumitur ex testimonio antiquorum et tria facit primo hoc subdit quoddam tertio reddit causam dicti ibi secunda habentium autem: ibi tertia: et enim finis: de prima dicitur quod ratio persuadens dictam conclusionem sumitur ex dictis antiquorum et maxime nostrorum pa-

trum quibus debemus credere qui ponunt quod celum sit quid immortale et diuinum.

Habentium autem talem ut nullus sit finis ipsius sed magis iste aliorum finis

Subdit quodam et dicitur quod etiam habemus ponere ut ipsi ponunt quod celum est de numero entium mobilium habens motum et non indifferenter quemcumque motum sed sempiternum cuius non est finis sed ipse est sine omnium aliorum motuum.

Et enim finis contiuentium est et ipsa circulatio perfecta ens continet in perfectas et habentes terminum et qui etem. Ipsa quidem nullum neque principium habens neque finem sed incessabilis ens infinito tempore. Aliorum autem. horum quidem enim causa principij: horum autem suscipiens quietem

Reddit causam dicti arguendo sic ille motus est finis aliorum motuum qui est continens alios motus sed motus celi est huius. ergo et maior nota quod finis est de numero continentium ut patet secundo phisico. minor declaratur quia motus celi cum sit circularis est maxime perfectus. nam circulatio est motio perfecta et omnes alij motus terminantur et habent quietes circulatio autem celi non Intelligendum secundum auer. commentario secundo quod per antiquos patres *Res.* intelligit caldeos qui dixerunt celum esse eternum et moueri motu velocissimo et non intelligit grecos. quia ipsi dixerunt oppositum. Intelligendum secundo quod dicitur *Res.* quod motus celi est aliorum motuum finis his dicitur commentator quod motus celi potest dici finis et causa istorum inferiorum dupliciter videlicet generationis et conseruationis generationis in quantum mouet actu et generat ista inferiora. Conseruationis in quantum post generationem conseruat in esse per certum tempus.

Celum autem et eum qui sursum locum. antiqui quidem dijs attribuunt uelut existens solum immortale

Adducit quartam rationem sumptam etiam ex testimonio antiquorum dicens quod antiqui attribuunt celo sempiternitatem propter ipsum esse locum deorum. Intelligendum quod *Aristo.* dicit celum et eum qui sursum quod locus prout dicitur sursum dupliciter Uno modo quia sit maxime distans a loco deorum et sic vltima spera dicitur maxime sursum. Alio modo quia ad eum mouentur corpora leuia simpliciter et sic concuum lune dicitur maxime sursum: primo modo accipit *Res.* locum suum.

Nunc autem testificatur ratio quod incorruptibile et in generabile: Adhuc autem impassibile omnis mortalis difficultatis est.

Donit quinta ratione et arguit remittendo nos ad dicta primo huius tractatu primo ca. tertio ubi dictum est quod celum est ingenerabile impassibile et incorruptibile et remotum ab omni contradictione. Intelligendum secundum Averroem commento tertio quod dicit Averroes testificat ratio per rationem intelligit syllogismum ostendentem motum celi esse eternum et etiam syllogismum probantem celum non habere contrarium et esse corpus simplex ex istis. n. duobus syllogismis primo quod celum neque generatur neque corrumpitur neque senescit. Circa dicta Averroes et commentatoris est dubitatio quia non videtur quod celum contineat et terminet totum tempus infinitum ut ipsi dicunt quia nullum infinitum simpliciter potest contineri et terminari: Sed totum tempus infinitum est huiusmodi ergo etc. Quidam dicunt quod celum continet tempus infinitum quia non est eo maius nec minus in duratione sed hoc non stat quia per idem tempus infinitum contineret celum quod negaret Averroes. dicit ergo quod aliquid continere aliquid est dupliciter. uno modo secundum causalitatem eo modo quo causa continet effectum et terminat alio modo excedendo illud in tempore secundum durationem ad oppositum applicando dicitur quod celum continet et terminat tempus infinitum primo modo et secundum causalitatem cum sit eius causa ut declaratum fuit non autem terminat ipsum hoc modo et ut durationem sed argumentum ostendit.

Adhuc autem sine labore propter neque una indigere violenta necessitate que detineat prohibens ferri aptum natum ipsum aliter omne. n. tale magis laboriosum quanto quidem utique sempiternius sit et dispositionis optime expertus:

Adducit sextam rationem et duo facit primo habet secundo infert correlativa ibi: propter quod. De prima arguit sic. Celum movetur sine labore et fatigatione ergo celum est eternum tenet consequentia quia corpora corruptibilia moventur cum fatigatione et peria quia motum contra resistit motorum et antecedens patet quia motus celi est eternus. Ut patet. Octavo philosophice modo constat quod omnis actio facta cum labore quanto est magis perdurans sit cum labore maiori et per consequens nulla huius actio potest eternari si ergo motus celi est eternus videtur fieri sine labore et fatigatione quia iam definisset. Intelligendum secundum Averroem commento tertio quod declaratum est ex natura celi quod in motu eius incessabili non est labor neque fatigatio quia causa fatigationis in motibus non reperitur in celo. Unde causa fatigationis in motibus

animalium est quia principium passivum contra resistit principio actio motus quia corpus resistit animae cum moveatur ad partem oppositam illi ad quam anima intendit. Nam corpus tendit deorsum. Et anima sursum ideo propter talem resistantiam dicitur Aristoteles primo de animalibus quod motus animalis est semi circularis. Intelligendum secundo quod celum non habet alium motum a motu voluntario nec motus eius est naturalis ut motores elementorum nisi motor celi esset naturalis tunc celum esset compositum ex materia et forma quia natura non dicitur nisi de illis et per consequens esset generabile et corruptibile consequens falsum. Intelligendum tertio quod motor celi licet non sit natura ut forma materia licet tamen assimilatur sibi in quantum dat celo motum assimilatur autem forme abstracte pro quanto sibi non inheret quous per indistantiam et assistentiam appropriatur et subditur quod ex forma appropriata corpori celesti et ipso sit magis unum numero adunatum per essentiam quam ex materia et forma materiali.

Intelligendum quarto quod quia motor celi non inheret celo nec secum coextenditur: ideo non recipit fatigationem neque laborem in motu suo. Unde quanto una potentia activa habet minus de labore in sua actione tanto est nobilior et melior ideo bonum simpliciter est illud in cuius actione non cadit labor neque fatigatio.

Propter quod quidem neque secundum antiquam tabulam suspicandum habere qui dicunt atlante quoddam ipsi opus esse ad salutem videtur. n. et hunc constituentem sermonem eandem habere suspicionem his qui posterius ut. n. gravitatem habentibus et terrenis omnibus his que sursum corporibus substituerunt ipsi fabulose necessitate animatam. neque utique hoc modo suspicandum

Infert ex dictis quoddam correlativa pro quibus est adverteendum quod cum celum sit eternum sequitur quod nec est grave neque leve ut supra fuit ostensum ideo correlativum inferendo remouit opiniones antiquorum dicentium celum esse grave unde tres fuerunt opiniones dicentes ipsum esse grave et diversimode assignantes causam quare non cadit prima fuit poetarum dicentium quod celum sit grave non tamen cadit quia est unum gigantum magni vocatur atlas qui est pedes sunt duabus columnis et humeros ad celum sustentando ipsum ne cadat. Secunda opinio fuit epedocli dicentis quod stat sursum propterea quia motor est circularis et velocior quam inclinatio motorum et deorsum sic si ponatur citius plenum aquam sicut circulo et voluat circuli non cadit citius nec exit aqua propter velocitatem illius motorum circularis. Tertia opinio fuit platonicoz dicentium quod est quedam anima

existens in medio totius equaliter ex omni parte detinens ipsum celum. tria ergo facit *Az.* primo remouet opinionem primam secundo secundam: et tertio tertiam: ibi secunda: neque propter: ibi tertia: sed ad hoc. De prima dicit quod propter dicta de eternitate, et causa motus celi non est dicendum secundum fabulam antiquam quod causa motus celi et operationum ipsius et sustentatio fiant ab athlante. Unde iste sermo est similis sermoni antiquorum qui ponunt quod omnia corpora superiorem sunt grauiora. sicut terra tamen propter motum eorum posuerunt unam animam operantem talem motum. Nam sicut istud est fabulose dictum ita et illud. Intelligendum secundum Auer. commentum quarto. quod sermo iste posterior est verus. scilicet quod corpora celestia sunt animata sed ratio propter quod ponunt talem animam non est vera nam ponunt in ipsis talem animam quia sunt grauiora et immobilis de se motu circulari quod tantum est falsum et subdit quod ponentes celum esse graue habent necessario ponere aliquod sustentans et differens ipsum scilicet animam aut aliquod tale extrinsecum quod tantum. in sustentatione non sufficeret sicut non sufficit in alijs grauibus quod patet quoniam graue habens animam quamuis anima sustentet et deserat ipsum tantum indiget extrinseco sustentate puta terra ex qua patet quod dictum illorum non est sufficiens nec eorum ratio est vera.

Neque propter circungrationes celestis existentie rationis propria inclinatione adhuc saluari tanto tempore quemadmodum. Empedocles inquit.

Remouet secundam opinionem et dicit quod non oportet ponere celum stare sursum si sit graue propter motum sursum circula rem esse velociorem quam inclinatio sua deorsum ut dixit empedocles. Intelligendum quod *Az.* non adducit rationem contra istam opinionem ideo commentator commento. v. contra eam sic arguit si causa stabilitatis celi ne cadat est velocitas motus sequitur quod eius stabilitas et eius motus esset violentus consequens falsum quia motus celi est perpetuus modo nullum violentum est perpetuum et consequentia tenet ex quo talis motus esset contra inclinationem naturalem celi ad esse deorsum et tunc commentator format syllogismum in secunda figura si motus celi est perpetuus sed nullus motus qui est causa stabilitatis alicuius contra inclinationem suam naturalem est perpetuus ergo talis motus non est motus celi minorem in prima figura sic declarat. nullus motus violentus est perpetuus. Sed omnis motus qui est huiusmodi causa quia propter sustentationem contra inclinationem mobilis est violentus ergo nullus talis motus est. perpetuus consequentia nota cum minori et maior patet quia

in omni motu violento motus est contrarius suo motui et omnis motor habens contrarium non perpetuo mouet et per consequens nulla actio violenta est perpetua: ex quibus sequitur quod si motio alicuius non est eterna nec illud quod mouetur est eternum. Sed adhuc neque ab anima rationale cogente manere sempiternum. neque enim anime possibile esse tales uitam sine tristitia et beatam. Inaccessibile enim et motu cum uolentia existente si quidem mouet ferri apto nato primo corpore aliter. Et mouere continue sine uacatione esse in omni carere remissione prudenti.

Remouet tertiam opinionem: et duo facit sicut duas rationes adducit ibi secunda: si quidem: De prima dicit quod non est rationalis illa opinio que ponit quod celum sit sempiternum manus sursum illo modo non cadens ex hoc quod est ibi quadam anima detinens ipsum. Unde contra hoc arguitur sic si dictum illud esset verum sequeretur quod talis anima non esset beata nec haberet uitam sine tristitia consequens debet reputari falsum quia in eternis ponitur summa beatitudo et perfectio tenet consequentia quia ex quo ista anima est occupata continue circa extrinseca corpora que mouet cum uolentia contra inclinationem eorum uidetur quod non possit exercere operationes perfectas beatitudinis intellectus et prudentie in quibus consistit ultima felicitas.

Siquidem neque ut anime mortalium animalium est requies circa somnum facta corporis remissio sed necessarium sustentatis cuiusdam partem retinere ipsam sempiternam et incorruptibilem.

Adducit secundam rationem et duo facit primo hoc secundo concludit quantum ad totum capitulum ibi: si itaque quoniam. De prima arguitur sic si dictum illorum esset verum sequeretur quod talis anima esset maxime uilis et imperfectior quam anime generabilium et corruptibilium consequens est absurdum et consequentia tenet quia uidentur animas brutorum et aliorum animalium aliquando quiescere a laboribus ut in somno modo illa anima nunquam quiesceret sed esset in continua tristitia et continuo labore: quare erit necessarium ponere quoddam sustentans ipsam pro tali sempiterno labore et per consequens oportebit uidere quid sit illud sustentans. ut prius arguebatur de sustentante celum. ideo erit standum in primo quare opinio est sufficiens

Liber

Intelligendū fm cōmētatorē cōm. vj. q̄ cā possi
tōis d̄ permanentia celi ab anima cogente ē pp̄ ea
que apparent in his que sūt hic p̄manētia in vita
in quibus cā talis p̄manētie est p̄iunctio aie: cum
corpore 7 vlt̄erius qz isti videbant q̄ quanto entia
sunt magis p̄manētia tanto eozz forme sunt p̄fec
tiores iō dixerūt q̄ cū aia celi sit nobilissima aiaz
7 corpus celeste nobilissimū corpozū aia sua est eter
na p̄durations 7 cā eternitatis motus celi pp̄ eius
nobilitatē sed tū iste sermo nō est rectus qz vt dedu
cit Azz. talis aia moueret cū labore 7 motus talis
esset violentus 7 sic motus violēt̄ esset sine fine 7
sine principio qd̄ est impossibile.

Si itaqz quēadmodum dicimus con
tingit dicto habere mō de prima lati
one non solum ipsius d̄ sempiternita
te sic existimare bonum sed 7 diuina
tionem ei que de dijs solum utiqz ha
bebimus sic confesse enuntiare p̄cor
des sermones sed talium quidem ser
monum satis sit nunc

Concludit dicens q̄ si ita est sicut dictū est supra
de motu celi 7 cā ip̄tus. s. q̄ sit nālis p̄ intelligen
iā mouentē 7 q̄ celū n̄ sit graue nec leue vt antiqui di
xerūt q̄ hoc nō solū iuuat ad ostēdendū sempiterni
tatē celi 7 incorruptibilitatē sed etiā ad cognitionē
nature deozū. s. q̄ mouent sine labore 7 q̄ sunt for
me intelligentes 7 subdit q̄ solū isto mō habemus
dicere 7 enunciare significatiōes p̄cordes cū antiq̄
de quibus sermonib̄ sit dictū isto mō vt benedicta
accipiā 7 maledicta reuāntur. circa dicta cōmē
tatoris dubitat qz nō videt q̄ ex intelligentia 7 celo
fiat maq̄ vnū numero q̄ ex materia 7 forma mate
riali quia cū ex materia 7 forma materiali fiat vnū
numero tūc aliqua est maior vnitas q̄ vnitas nu
meralis p̄ns aut̄ est falsū quare rē. Respondet qd̄ ex
intelligentia 7 celo sit magis vnū numero q̄ ex ma
teria 7 forma materiali 7 cā est qz intelligentia
nō coheret celo mediante aliquo sicut forma mate
rialis que coheret materie mediantib̄ dispōib̄ et
dimensionib̄ eius cū sit secū coextensa 7 tūc ad ar
gumētū negat p̄na pp̄ hoc qd̄ vnitas numeralis nō
stat indiuisibili sed habet latitudinem fm: gradus
intensiores 7 remissiores.

Secundū capitulum primi tractatus secundi libri
de celo 7 mundo in quo determinantur de differē
tibus positionis celi

Eloniam autem quidem sunt
qui dicunt eē aliquid d̄xtrū
7 sinistrū celi quēadmodū
uocati pictagorici: illorum. n. iste ser

mo est considerandum utrum hoc se
habet modo ut illi dicunt aut magis
aliter.

Postquā Azz. declarauit in p̄cedētī ca° celū eē
eternū: Nūc in hoc fo ca° determinat de partib̄ ipsi
fm sitū. s. fursū deozū ante retro rē. 7 duo facit qz
p̄ determinat d̄ illis fm opionem antiquozū ipsos.
reprobando secūdo fm opionē p̄p̄iā ibi fa: nobis
ār. Prima in duas qz primo p̄mittit opionē 2° re
probat ibi: siquidē o3: De prima dicit q̄ fuerūt qui
dā antiqui de secta pictagoricoz qui dixerunt in ce
lo reperiri dextrum 7 sinistrum non faciendo men
tionem de alijs differentijs positionis 7 iste sermo
eorum est considerandus vnū sic sit aut aliter.

Si quidem oportet adaptare toti cō
pozū hec. principia confestim enim.
primum si d̄xtrū existit 7 sinistrū
adhuc prius priora existimandum
existere p̄icipia i ip̄so d̄terminādūz
est quidem igitur de his i his que cur
ca animalium motus p̄pter propria
nature illorum esse: manifeste enim
in animalibus existentia uident̄ his
quidem omnes tales partes dico at
puta 7 d̄xtrū 7 sinistrū his autem que
dā plantis autē sursum 7 deorsūz so
lum si autem oportet celo adaptare
aliquid talium 7 primum quemad
modum diximus

Nūc Azz. exequit̄ reprobādo istā opinioē antiq̄
rū 7 duo facit. Na p̄io hoc i generalit̄ i sp̄ali ibi
pp̄ qd̄ 7 pictagoricos: p̄ia in duas qz p̄io: facit qd̄
dictū est 2° ponit differētā inter sex d̄rias positōis
v3 fursū deorsū rē. ibi fa: est at fursū: P̄ia i tres sic
triplicit̄ reprobat ibi fa: in aialib̄ existēs: ibi tertia:
tribus. n. entibus: De p̄ia Azz. intendit̄ reprobare
contra antiquos qd̄ vbiunqz est reperiri dextrum
7 sinistrū ibi etiā reperiri fursū 7 deorsū ante 7 re
tro: quod ipsi non ponunt 7 arguit̄ sic quādo cū
q̄ alicui inest posterius ei debet inesse prius: s3 d̄x
tru: 7 sinistrum sunt differentie posteriores alijs er
go si illereperuntur in celo vt dicunt pictagorici et
aliē reperuntur maior nota quia posteriora p̄sup
ponunt priora 7 minor vt dicit̄ Azz. habet videri i
libro de moribus aialū vbi declaratū ē que istarū
d̄riaz sūt p̄iores 7 que sunt posteriores cū tales in
sūt aialib̄ p̄ p̄p̄iā eozz naturā vt ibi apparet: nam
in aialibus p̄fectis oēs huiusmōi d̄re reperuntur
sed in aialibus ip̄fectis vt terre affixis nō oēs rep

Secūndus

riantur in illis enim ut dicit cōmentator repiū solū sursum et deorsum ante et retro nō autē dextrū et sinistrū sed in plantis reperit solū sursum et deorsū. In telligendū fm Auer. cōmento. vij. q. si ista picipia v3 dextrū et sinistrū insūt celo qd etiā alia que sūt illis pzoza naturalī sibi i sint v3 sursum et deorsū an et retro. Unde oē qd h3 naturaliter dextrū et sinistrū habet sursum et deorsū ante et retro et nō ecuerso qz aialia imobilia petris affixa nō habent dextrum et sinistrum cū dextrū et sinistrū sint partes a quibus incipit motus localis aialis sed bñ habēt ante et retro quia habent in seipsis sensū mō ante et retro sūt partes a quibus incipit aut iminat actio sensuum.

In animalibus existens rōnabile existere in ipso.

Arguit per secundam rationem sic omnes tales differentie positionis existunt in aialibus inferioribus perfectis ergo rōnabile est qz sint etiam celo antecedens apparet ad sensum et per Az. in libro de progressu animalium et tenet cōsequētia qz celum est animatum perfectissimum ut patuit per cōmentatorem supra cōntatis. iij. r. iij.

Tribus enim entibus unumquodque uelud principium quodā est dico autem tria sursum et deorsum et anterius et oppositum et dextrum et sinistrum

Probat per tertiā rōnez et duo facit pzo pemitit quodā quod declarat: pbat ibi: has enim: De prima dicit qz cum tres sint cōbina:iones istaz sex dīarum positionis quelibet illarū est principium quodā in entibus in quibus sunt et declarat que sūt iste cōbinationes dicens qz sunt sursum et deorsū ante et retro dextrum et sinistrum.

Has enim discensiones rationabile existere corporibus perfectis omnes

Nunc arguit sic. Rōnabile ē talia oī corpori pfecto i esse qd ē ipsi celo cū sit corporū pfectissimū. In telligendū fm Auer. cōm. viij: circa illā ptē. Unūqđ h3 uelut principium quodā ē qz Az. uult qz talia sint tria et distincta pñ qz sūt picipia diuersoz motū et opationū in corporibus animatis in quib' sūt ut postea declarabit et noiat ipsa tria habendo respectum ad tres dīas nobiliores inter oēs a quibus incipiunt opationes et motus que sunt sursum ante et dextrum et postea nominet sex.

Est autem sursum quidem longitudinis. principium dextrum autem latitudinis anterius autem profunditatis

Nunc ponit differentiam inter has sex differentias positionis et duo facit primo hoc secūdo ifert correlaria ibi: propter quod etiā: Prima duas qz

primo distinguit illas cōparando eas ad dimensiones corporum in quibus sunt: secundo cōparando ad motus et operationes quoz sunt picipia ibi: ad huc autem aliter. De prima dicit qz ipse differunt ratione magnitudinis et dimensionum corporum In quibus sunt quoniam sursum est picipiū longitudinis quia longitudo sumitur de sursum corporis in deorsum sed dextrū est picipiū latitudinis qz de dextro ad sinistrum corporis procedit ipsius latitudo. Ante uero picipium profunditatis quia ab ante ad retro procedit profunditas. In telligendum secundum commentatorem qz Az. per sex dimensiones corporum itelligit sex superficies existētes in corpore habentes virtutes distinctas in natura earum ut uelit qz lōgūdo sumatur a superficie superioris ad inferiorē latitudo a superficie dextra ad sinistras et profunditas a superficie anteriori ad posteriorem.

Adhuc autem aliter fm motus principia. n. hec dico unde incipiunt primum motum habentibus est autem et sursum quidem augmentatio: a dextris autem qui fm locum ab anterioribus aut qui secundum sensum Anterius. n. dico in quo sensus.

Nunc distinguit eas comparatione facta ad motus et operationes existentes in animalibus et dicit qz ipse differunt adinuicem secundum qz sunt principia diuersorum motuum in animalibus naz sursum est illa pars a qua incipit motus augmenti. Sed dextrum est pars a qua incipit motus localis. Et ante est pars a qua incipit motus sensationis. In telligendum qz Az. hic non sumit sursum et deorsum pro locis simpliciter leuium vel simpliciter grauiū sed pro diuersis partibus corporum in quo sunt qz sunt principium motus augmenti. In telligendum secundo qz sursum esse principium augmenti in animalibus potest dupliciter itelligi. Unomō quia a parte superiori sumatur alimentū per quod fit augmentum ut apparet per experientiam secūdomodo et magis ad mentem Az. quia maxime secundum longitudinem cuius sursum est principium fit augmentum corporis. Dextrum autem ē principium motus localis quia est principium latitudinis ex cuius vno extremo uidelicet dextro incipit motus localis et terminatur in aliud extremū puta sinistrum ideo animal primo mouet pedē dextrum deinde mouet pedē sinistrum dum sustentatur super pedē dextro vnde dicit cōmentator qz motus pedis dextri. Est essentialis et motus pedis sinistri est accidentalis. Et si queratur quare motus localis incipit magis a pedē dextro quam a pedē sinistro. Respondeatur hoc esse quia motus localis est

Liber

nobilior motuum. ideo debet incipere a parte nobiliori & illa est pars dextra in qua viget cor q̄ est mēbrum nobilissimū & principalissimū & illius motus principium sed contra quia cor est magis in parte sinistra vt ex anothomia apparet dicendū qđ licet fm cuspidem cor magis respiciat latus sinistrū tñ fm bassim que est nobilior et pars constituat verus dextrū. Unde natura non totaliter situauit ipsum in latere dextro ne propter nimiam caliditatez ipsius ad talē partē puenientem concurrente etiā caliditate epatis ibidem existentis destruerent operationes. Sed q̄ ante sit principium sensationis pot̄ dupliciter intelligi. Unomodo quia sēsbilia primo moueant ptem anteriorem: Aliomodo & meli⁹ qz in parte anteriori oēs sensus situantur.

Propter qđ & non in omni corpore sursum & deorsum & dextrum & sinistrum & anterius & posterius querendum sed quecunq; habent motus principium in ipsis animata entia

Nunc infert correlaria & duo facit sicut duo correlaria infert ibi secunda: inanimatorum: De prima dicit q̄ ex dictis concluditur q̄ non est querendū in omni corpore reperire istas sex differentias positionis & causa est quia solum in illis est talia reperire & querere que habent in seipsis principium suorum motuum localium & inchoationis eorum n̄ sed solum corpora animata sunt huius ergo &c. maior nota ex dictis prius quia talia sunt p̄cipia vnde motus inchoantur & minor ponit i lra & p3. viij. obic.

In animatorum. n. in nullo videmus unde principium motus hec quidem enim. omnino. non mouentur. hec autem mouent quidem sed ab oi parte similiter puta ignis sursum solum & terra ad mediū.

Infert fm corporū & duo facit primo hoc ostendit quomō sex differentie positionis aliquo modo reperiantur in corporibus inanimatis ibi ha: sed i his quidem: De prima dicit q̄ in nullo corpore inanimato habemus assignare istas sex differentias & arguit sic in nullis corporibus inanimatis videmus p̄cipium vnde inchoant suos motus ergo &c. cōtra nota & antecedens patet qui a nullum talium in animatorum mouetur ex se nec potest inchoare motus suum quod patet quia omnia inanimata mouentur ex omni sua parte equaliter & indifferenter & per consequens non est assignare in eis partes distinctas & determinatas a quibus incipiant motus suos magis q̄ ab alijs. Unde ignis ex omni parte mouetur sursum & terra deorsum.

Si in his quidem dicimus sursum & deorsum & dextrum & sinistrū ad nos referentes aut. n. fm nostras dextras quēadmodum diuinatores aut fm similitudinem nr̄i quēadmodum que statue: aut que contrario habentia pōne dextrum quidem. n. quod ad nostram sinistram sinistrum autem. contrarium & posterius quod ad nostrum anterius.

Nunc ostendit quomō sex or̄tie positionis reperiant in inanimatis & quō nō & primo ostendit quō reperiantur quomodo nō reperiantur secunda ibi: in ipsis aut: De prima intendit Az. ostendere q̄ iste sex or̄tie non reperiantur in inanimatis absolute sed solū respectiue & similitudinarie & hoc pot̄ contingere tribus modis fm q̄ ponit Az. i littera. Uno modo vt illud inanimatū dicat dextrum qđ ponit ex parte nostra dextra & sinistrū qđ ponit ex parte nostra sinistra. Et isto modo appellant dextrū & sinistrum Augures auiū qui appellant aues exilentes ex parte dextra dextras & existentes ex parte sinistra appellant sinistras & per augures intelligere habent diuinatores ex volatu auiū. Secundo modo sumuntur dextrum & sinistrū in inanimatis fm similitudinez ad figurā nostram sic p3 in statua simili figure hominis cuius caput fm similitudinē dicitur sursum & pedes deorsum. n. tertio modo sumuntur dextrum & sinistrum e contrario nobis sicut illud dicimus dextrum qđ apparet nobis ex sinistra & illud sinistrum. qđ apparet nobis ex dextra sicut p3 de imagine in speculo apparente.

In ipsis autem his nullam videmus differentiam si. n. e contrario uertantur contraria dicemus dextra & sinistra & sursum & deorsum & posterius & anterius

Nunc ostendit quō iste or̄tie nō reperiant in inanimatis absolute & arguit sic in illis ista nō reperiant absolute inquit nō sunt distincte partes nāliter habentes diuersas virtutes sed inanimata sunt huiusmodi q̄ &c. maior nota ex supradictis & minor p3 qz si sumat lapidē in eo nō assignat sursum aut deorsum absolute in aliq̄ parte. Nam si ps que primo respecta alicuius erat dextra vertatur efficiet sinistra & e contra quare nulla earum absolute & ex parte sui est dextra aut sinistra. Intelligendum fm Auer. cōmento. x. q̄ iste sex or̄tie in entib⁹ reperiant dupliciter v3 absolute & in respectu. Absolute reperiantur in rebus alijs & sic sunt qualitates de fa specie qualitatis. Re

Secundus

speciue sunt in rebus inaiatis & sic sunt in medicina
mento relationis. Intelligendum: q̄ tales orie
reperiunt in aiatis respectiue duplici. Unomō in cō
paratiōe ad partes mūdi & sic illud dicit sursū & illud deorsū
quod magis appropinquat loco sursū & illud deorsū
quod magis appropinquat loco deorsū. Aliomō i
cōparatiōe ad nos vt in statu in quibus nō dicitur
sursū et deorsū in cōparatiōe ad partes mūdi s; i
in cōparatiōe ad nos & partes nras cū quibus pres
statue habent similitudinē. Unō si statua voluat ad
huc pars centro propinquior erit i ea sursū vt prius
& ps remotior deorsū sic in hōie cū pedibus superi
appenso & ex his sequit q̄ habentia istas orias ab
solute nō habent eas in respectu & eō.

Propter qd̄ & pythagoricos utiq; q̄ s
animirabitur quia duo sola hec pri
cipia dicebant dextrum & sinistrum
quattuor autem dereliquerunt nihil
minus principia entia.

Tunc reprobat pythagoricos in speciali & tria fa
cit prio ponit opinionē ipsorū 2^o reprobat. 3^o addit
sibi fa: nihil. n. minorem: ibi tertia: idq; De pria dicit q̄
mirandū est d̄ pythagoricis qui posuerunt solū ista
duo principia in entibus. s. dextrū & sinistrū & omi
serunt alia quattuor nō min^o principalia de istis fa: ma
Nihil. n. minorem differentiā habēt
que sursum ad que dorsum & que an
terius adq; posterius quam dextra.
sinistra i oibus animalibus hec qui
dem. n. uirtute differunt solum. hec
autē & figuris

Hic reprobat eos & quattuor facit sic quadruplici
ter reprobat sibi fa: & sursū: ibi tertia: adhuc autē: ibi
quarta: adhuc autē: Pro introductione prime paris
notandū q̄ pythagorici imaginabant q̄ principia oī
um actuum & operationū sunt tria ita q̄ entia consi
stunt p̄ contrarietates principiorum. tunc Apz. argu
it sic in alias quattuor differentiis & alia quattuor princi
pia nō est minor oria & contrarietates q̄ in istis dua
bus. s. dextrum & sinistrum ergo si dextrū & sinistrū
ponuntur principia in entibus rationes. contrarie
tatis non minus alia quattuor debent poni princi
pia p̄ia nota & ante declaratur quia alia quattuor
principia differunt in rebus figura & uirtute seu po
tencia dextrum autem & sinistrum solum differunt
uirtute & si figura. Intelligendum secundum cō
mentato: em commento. vndecimo. q̄ dextrum dif
fert in animalibus a sinist^o quia uirtus partis dex
tre est alia a uirtute partis sinistre sed non orit in fi
gura vt patet ad sensum s; ante & retro & similiter
sursū & deorsū differunt tam in uirtute q̄ in figura

Et sursum & deorsum omnibus aia
tis: similiter & animalibus & plantis
Dextrum autem & sinistrum non ex
istit in plantis

Probat p̄ secundā rōem & arguit sic quibuscūq;
insunt posteriora etiā debent inesse priora s; dextrū
& sinistrum sunt posteriora alijs & insunt corp^orib^o
aiatis & celo ergo etiā alie orie debent eis inesse cō
sequentia nota & maior fuit declarata superi^o & mi
nor pbatur in littera qz sursū & deorsum reperiunt
in omnibus aiatis & in plantis & i animalibus s; dex
trum & sinistrum nō reperiunt in plantis ex quo seq̄
tur q̄ sursum & deorsum sunt priora natura quam
dextrum & sinist^o um.

Adhuc autem ut longitudo latitudi
ne prior. si sursum longitudinis prin
cipium dextrum autem: latitudinis
prioris autem principium prius utiq;
erit sursum dextro secundū genera
tionem quoniā multotiens. dicitur
prius.

Adducit tertiā rōnē p̄ quā vult pbare q̄ dextrū
& sinistrū sunt orie alijs quattuor posteriores & p̄ prius
illas pre uerponunt & arguit sic lōgitudo est prior la
titudine sic q̄ latitudo p̄supponit longitudinē g^o rē
antecedens ē notū & p̄ia 13 qz sursū longitudo inseq̄
tur & inde assumit corporum latitudo q̄re sursum
erit prius dextro secundum naturam seu generatio
nem cū multis modis dicatur prius qd̄ dicit p̄pter
prius tempore.

Adhuc autem si sursum quidē ē un
de motus. dextrum at a quo. Anteri
us autem ad qd̄ saltem sic utique ha
bebunt quandā uirtutem principij.
que sursum ad alias species. Ideoq;
qz derelinquunt principaliora princi
pia iustum est ipsos increpare: & quia
hec in omnibus silr putabant exister

Arguit p̄ quartā rōem sic sursū ē principij vnde
fit mot^o augmenti dextrū ē principij vnde fit mot^o s; z
locū in aiatis & anteri^o ē principij ad qd̄ terminat
mot^o sensatiōis g^o p̄a^o dictū est vtz ante p̄z ex dictis &
13 p̄ia qz mot^o augmenti ē prior i aiatis mot^o sensati
ōnis ē medi^o mot^o at localis ē posterior oib^o mō sic
mot^o est prior motu sic principium est prius princi
pio q̄re sursū erit principij prius alijs. Intelligedū
s; Auer. q̄ Apz. vult q̄ primū principij mot^o in aiatis
fit supius sed adextris fit p^o exius mot^o local. Nā

Liber

primum principium motus aialis est a corde tanquam membro superiori dignitate et priori sed principium exitus motus localis est a parte dextra et hec est alia expositio a prima. Intelligendum 2^o quod dicitur Aristoteles quod ante est finis ad quem determinat motus sensationis habet potestatem exponi tripliciter primo quia ibi sunt plures sensus et sensibilia primo mouentur media ut aerem aquam etc. Deinde mouentur sensus ut visum auditum etc. et sic ibi terminatur motus sensationis. Secundo modo quod versus partem anteriorem corporis est secundum illius rectitudinem et dispositionem preceedit motus aialis et versus illam partem etiam finit. Tertio modo quod cor quod est principium motus et sensus aialis terminat motus sensationis ad partem anteriorem et sic secundum Averroem licet vnicuique sit principium omnium motuum in aiali videlicet cor tamen diuersa sunt principia inchoationis. scilicet dextrum sursum ante: idque concludit et dicit quod ergo pythagorici sunt increpandi propter duo primo quia derelinquerunt in entibus potentia principia et principaliora. secundo quod ponunt in omnibus entibus reperiri dextrum et sinistrum cum tamen in rebus inanimatis non reperiantur. Intelligendum secundum Averroem commentum xij. quod pythagorici errauerunt in duobus et primo ponebant in omnibus entibus reperiri dextrum et sinistrum secundo quod in aliquibus ponebant solum dextrum et sinistrum in quibus etiam erant alie quatuor differentie positionis. Intelligendum 2^o secundum Averroem quod duplex est causa quare sursum et deorsum sunt priora naturaliter quam dextrum et sinistrum. Prima est quia sursum est secundum longitudinem et dextrum est secundum latitudinem modo longitudo est prior latitudine tam mathematice quam naturaliter. Mathematice quidem quoniam punctus motus causat longitudinem seu lineam et linea motus causat latitudinem seu superficiem sic quod punctus est prior linea sic longitudo est prior latitudine. Naturaliter autem quia latitudo non potest cognosci sine latitudine cum longitudo ponatur in sua diffinitione sed bene contra latitudo potest cognosci sine latitudine. Secunda causa est quia sursum est principium motus secundum longitudinem et dextrum est principium motus secundum latitudinem sed motus in longitudine est naturaliter prior motus in latitudine quod principium motus in longitudine est naturaliter prior principium motus in latitudine quare etc. et tertia prima quia sicut motus est prior motus ita principium est prior principium.

Robis autem quoniam determinatum est prius quod in habentibus principium motus tales uirtutes existunt. Est autem celum animatum et habet motus. principium manifestum quod habet sursum et deorsum et dextrum et sinistrum.

Tunc Aristoteles determinat de duabus positionibus et habet per duas intentiones et tria facit quod ostendit quod omnes sex orientationes reperiuntur in celo et ostendit quod ibi reperiuntur. Tertio subiungit quamdam distinctionem de partibus celi ibi facit

duo autem longitudinem: ibi tertia polorum autem. Prima in duas quia primo facit quod dicitur est 2^o remouit quamdam cauillationem: ibi non oportet. De prima intendit istam conclusionem in celo est reperire sex differentias positionis. scilicet sursum et deorsum etc. conclusio arguitur sic in omnibus habentibus in se principium inchoationis suorum motuum est reperire omnes illas differentias sed celum est huiusmodi ergo etc. maior nota est de se quia in omnibus talibus oportet assignare distincta principia et diuersas partes in quibus inchoent motus suos et minores declarat Aristoteles in littera quoniam celum cum sit aiatum perfectissimum habet in se principium sui motus. Intelligendum quod commentator commentum xiiij. adducit duas rationes ad probandum habere celum sex differentias positionis prima est hec celum habet diuersitatem motuum in seipso secundum diuersitatem suam partium ergo etc. patet prima ex dictis et ante probat quod celum est aiatum. Secunda ratio est hec celum habet partem prioram aqua inchoat motus localem ergo habet dextrum et sinistrum et per se habet et alias differentias positiones ante probat quod habet partem orientalem a quo inchoat motum. **Non oportet. n. dubitare propter sphericam esse figuram totius quomodo erit huiusmodi hoc quidem dextrum hoc autem sinistrum. similibus entibus partibus omnibus et motis omnium tempore.**

Remouet quasdam cauillationes et duo facit primo mouet secundo remouet ibi: sed intelligere: De prima ponit duas istantias que possent fieri in conclusione et primo arguit sic celum est secundum se totum figure sphericam ergo non est in eo assignare sursum vel deorsum nec alias orientationes positionis prima et tertia quia ex hoc est similitudo partium celi in figura non videtur maior ratio quare una pars dicatur dextra et alia sinistra quam e contra et ita de alijs. Secundo arguit sic celum habet eternitatem et uniformitatem sui motus ergo non est assignare diuersitates in talibus partibus. Anterior est supra et xiiij. philosophice. prima tenet quia tales partes et orientationes non reperiuntur in aliquo nisi propter esse diuersa principia diuersorum motuum nam dextrum est pars a qua incipit motus localis et sinistrum est pars ad quam terminatur si ergo motus in celo est eternus in nulla parte incipit et ad nullam terminatur. **Sed intelligere sicut utique si quis in quibus habet dextrum ad sinistrum differentiam in figuris deinde circumponat speram habebit quod demum. uirtutem differentem uidebitur autem non propter similitudinem figure.**

Remouet has duas cauillationes primo primam famosam ibi facit eodem autem modo. De prima dicit per prima instantiam nihil ualet nam oportet intelligere licet habere de partibus celi sicut se habet de partibus aialium. vn

Secundus

delicet in celo sit similitudo partium in figura tñ ibi ē dissimilitudo in virtute ⁊ de ipso ē imaginanduz sicut de aiali si poneret figure spice haberet. n. pres drñtes fm virtutē licet non videretur ppter similitudinē earū in figura. Intelligēdū fm Auer. q̄ aliter possumus imaginari istas partes drñtes fm virtutē esse in celo. Ut si imaginemur q̄ inter latera celi sit vnus hō qui habeat caput suū iuxta polum antarcticū ⁊ pedes ppe polum articū manū dex: rā in oriente ⁊ sinistraz in occidente ⁊ partē anteriorē versus meridiē ⁊ posteriorē versus septentrionē qui moueat celū ab oriente in occidentem ipse autē quiescat aut moueat quia hoc nō facit diuersitatē i proposito tunc. n. possumus imaginari in celo licet sit specūcū esse partes cōsimiliter drñtes fm virtutē sic in illo hōie.

Eodem autem modo ⁊ de principio eius quod est moueri. Et. n. si nequam incepit habere necessariuz pncipium unde incepit si incipiebat qd mouet moueri ⁊ utiqz. si steterit mouebitur utiqz iterum.

Remonet secundā cauillationem. Pro quo notandū vt innuit Auz. in textu qd motus celi pōt capi duplr. Unomō pro aggregato ex oib⁹ reuolutōib⁹ ⁊ sic mot⁹ celi est infinitus nec habuit pncipiū secundo modo pōt capi p vna reuolutione qua complet vnam circulationē ⁊ sic motus celi nō est cternus sed habet pncipium ⁊ finem. Applicando ad propositum dicit Auz. q̄ celum habet diuersitates in partibus ⁊ pncipiū motus vt dictum est cōsiderando motū celi secundo modo nā licet celū nunquā incepit moueri capiēdo motū primo mō tñ habz pncipiū aquo inciperet moueri ⁊ omni die incipit moueri fm vnā certā reuolutionē. Unde si celū quiesceret ⁊ inciperet moueri fm determinatā ptē inciperet moueri que esset illius motus pncipiū. Intelligēdū fm Auer. q̄ in celo est repire pres diuersaz virtutū ⁊ causam assignat qz mouens ipsū habet illas diuersas pres ita q̄ ex distinctione motoris celi arguit distinctionē mobilis i virtute ⁊ hoc qz tal motor ē a pparatus mobilis lz aliter esset d alijs motorib⁹. Intelligēdū ⁊ q̄ duplex ē pncipiū. scilicet temporis ⁊ magnitudis p̄uis ergo mot⁹ celi p̄io modo acceptus si habeat pncipiū t̄pis tñ bñ hz pncipiū magnitudis qz habet determinatā ptē i magnitudine a q̄ talis motus incipit vel inciperet si haberet pncipiū in tempore.

Dico autem longitudinem quidem ipsius que secundum polos distātia ⁊ poloz hunc quidem sursum hunc autem deorsum.

Ostendit quomodo tales differentie debeant su

mi in celo ⁊ tria facit primo premitit dictum si vni secundo subdit rationem tertio declarat per signū ibi secunda: differentiam enim. ibi tertia: similiter. autem: De prima dicit q̄ sursum ⁊ deorsuz assignātur in celo secundum longitudinem ipsius que sumitur secundum distantiam que est inter polos que ē maxima distantia ⁊ ideo dicit q̄ vnus polozum dicitur dicitur sursum ⁊ alius deorsum quia sunt in duabus exterminatibus illius linee q̄ appellat a xis spe. **Differentia enim in his solum uideamus hemispheriotum per nō moueri polos**

Subdit rationē dicens q̄ differentiam istam in partibus celi assumimus secundū diuersitatē emispheriotum: nam quia poli sunt immobiles aliō emispheriotum luminis ab vna parte ⁊ aliud ab alia vt arguatur sic poli sunt immobiles ergo distantia inter illos est longitudo maxima celi. antecedens partet ⁊ consequentia declaratur quia ex quo poli sunt immobiles secundum lineam mensurantem illam distantiam oportet imaginari celum circunvolui ⁊ inchoare motum suum secundum aliam partem puta orientalem secundum quam huius motus sumitur latitudo.

Similiter autem ⁊ consueuimus dicere latera in mundo non quod sursum ⁊ deorsum s; quod iuxta polos tanquam hec longitudine existente Quod enim ad latus est quod iuxta sursum ⁊ deorsum.

Declarat dictum suum ex omni modo loquēdi ⁊ dicit q̄ nos cōsueuimus sumere sursum ⁊ deorsuz fm polos ⁊ dicere illa esse latera celi que sunt iuxta polos tāq̄ existentia in latitudine. Intelligēdū fm p̄mentarozē p̄mento. xliij. q̄ longitudo celi sumitur ab vno polo ad aliū polū ⁊ cā est qz mot⁹ localis celi ē apte laterali fm polos iuxta orientali q̄ dicit dicitur a qm latera longitudo sunt dextre ⁊ sinistre vt appet in hōie lz extrema iminātia ipsā fm longū sit sursum ⁊ deorsū. Intelligēdū ⁊ q̄ p distātia poloz intelligit ap̄e orbū celestū circa quem reuoluit ⁊ talis axis terminatur illis polis in duob⁹ extremis ⁊ dicitur diameter mundi. Intelligēdū tertio q̄ per emispheris seu medietates orbis quarum vna dicitur sursum ⁊ alia deorsum intelligit partes celi diuisas secundū circulum dictum equinoctialem ita quod pars vni us poli dicitur sursum ⁊ pars vbi est. Polus oppositus dicitur deorsum ⁊ pars lateralis a qua. Celum inciperet motum si inciperet moueri dicitur dextroz ⁊ ei opposita sinistrū Intelligēdū quarto q̄ Auer. adducit tres rationes ad probandum q̄ poli moueant. Prima ē hec: oē qd ē de sba orbis simul mouetur cū orbe: sed poli sunt huiusmodi q̄

Liber

7c. maior nota: nã ad motũ totius mouet qdlibet qd est de nã illius: 7 minor pz tenendo q poli sunt partes orbis hoc eni supponit hec rō: sed due rōes sequentes pbant etiã tenendo q poli sint pũcta in diuisibilia. Secũda rō est hec omne qd est in aliq qd fm se totũ mouetur mouet ad motũ illius poli sunt huiusmodi. g. 7c. p̄na noia cũ minorz 7 maior pz qz punctus 7 quodlibet aliud accidēs mouetur paccidens ad motũ illius i quo ē. Tertia rō est hec si punctus qui ē polus quiesceret aut essentialiter aut accidentaliter. Nō essentialiter qz idiuisibile nec mouet nec dēscit essentialiter s; solũ corpus p se existens: nec accidentaliter quiescit qz oē quiescens accidentaliter dēscit ad q̄terem illius in quo est: cũ g orbis cōtinuo moueat fm se 7 quãlibet eius ptem sequit q talis punctus nō dēscit accidentalit̄ ad q̄terem orbis p se 7 per p̄ns mouet: sed cũ dicit Az. q poli sũt immobiles hoc p̄t tripliciter saluari p̄ h̄z cōsiderationē geometricã q̄ abstrahit a motu cōsiderando solũ polos vt sũt puncta indiuisibilia terminãtia lineã que ē axis circa quã celũ mouetur: secũdo capiẽdo poliũ pro pua parte q̄ tarde valde mouetur: talis p̄t dici immobilis respectu p̄is que ē in equinotiali: cũ i infinitũ remissē moueat aliq̄ talis pars dicta polus 7 in infinitũ puũ cerculum describat aliqua talis ps respectu circuli descripti ab eq̄notiali. Tercio qz pars dicta polus licet moueatur sc̄dm materiã idest vere: nō tñ mouet sc̄dm formã i. sensibiliter: alie vero ptes mouent sc̄dm mãm. i. vere sc̄dm formã idest sensibiliter.

Polozum autem qui quidem super nos apparens que deorsus pars est Qui autem nobis manifestus que sursum.

Nunc ponit quandã distinctionē ex qua habet propositum: 7 tria facit. primo ostendit quid sit sursum ex parte motus octauę spere: secũdo ex pte motus septem planetaz: tertio epilogat: ibi secũda: s; duo ibi tertia: de his. Prima in tres. primo ponit distinctionem: secũdo pbat quoddam: tertio pbat propositũ seu infert ibi secũda: dextrũ eniz: ibi tertia: si igitur. De prima dicit q poli sũt duo quidã est supra nos apparens 7 quidã est nobis nō appens: et subdit q apparens nobis dicitur deorsũ: 7 non apparens nobis dicitur sursum.

Dextrum enim unumquodq; dicimus unde principium eius qui secunduz locum motus. Celi autē principium circulationis unde ortus astrozum: Quare hoc utiq; erit dextruz: ubi at occasus sinistrum.

Nunc probat vnum ex quo habebis intentuz: 7

vult probare q oriens in motu octauę spere est ps dextera celi: 7 arguit sic. Illa ps est dextera in celo a qua incipit motus ipius 7 vnde est ortus astrozum sed oriens est huiusmodi ergo 7c. maior nota ex supradictis: 7 minor pz ad sensũ.

Si igitur incipit a dextris: 7 ad sinistra circumfertur: necesse qd sursum esse manifestum polum: si enim erit qui manifestus ad sinistra erit motus quod non dicimus. Manifestum igitur quia im manifestus polus est qd sursum.

Nunc pbat propositũ ex dictis 7 duo facit. primo hoc. 2. concludit quoddã ibi: 7 ibi quidez. De prima pbat ex dictis istã cōclusionē q sursum i celo ex parte motus octauę spere sumitur fm poliũ nobis occultũ: 7 deorsũ sumitur s; poliũ nobis apparentē 7 arguit sic: si motus octauę spere incipit ab oriẽte tãq; a dextera parte oportet q polus nobis apparens sit deorsũ: 7 q polus nobis occultus sit sursum sed sic est q motus octauę spere incipit ab oriente ergo 7c. maior nota 7 patebit in p̄mento: 7 minor pz ad ensum.

Et ibi quidã habitantes in eo q sursum sunt hemispio: 7 apud dextram. Nos autem in eo quod deorsum: et apud sinistram: econtrario quam ut pythagorici dicunt. Illi enim nos sursum quidẽ faciunt 7 in dextera parte. Nos autem qui ibi deorsum 7 in sinistro: accidit at oio contrarium.

Cōcludit qdã ex dictis: 7 dicit q habitãtes magis versus poliũ meridionalē sũt versus sup̄ 7 magis a dextris celi: 7 nos q habitãt magis versus poliũ septentrionalē p̄ p̄parationē ad illos sumus magis vsus deorsũ: 7 vsus sinistra p̄te celi cui oppositũ dicebat pythagorici qz ipi ponebant nos esse magis sursum 7 a dextris p respectũ ad alios. Et illos eē magis deorsũ 7 a sinistris qd n̄ est veruz. Circa has ptes itelligendũ p̄ fm p̄mentatoz qz p poliũ nobis occultũ itelligit poliũ meridionalē poliũ septentrionalē est deorsũ i celo: 7 meridionalē sursum: 7 qz nos sumus p̄pinq; polo septentrionali iō sumus p̄pelocũ deorsũ: 7 econtrario antipedes respectu nri sũt p̄pinq; polo meridionali: 7 ex cōsequenti loco sursum. Polus septentrionalis appellat arcticus: 7 similiter borealis 7 dicitur septentrionalis qz ibi sũt septem stelle tardissime motus vt bos iō etiã dicitur borealis: quãuis etiã dicat boreal

Secundus

Tunc probat̄ intentum. et diuiditur in duas. sicut duas facit rationes. ibi secunda. querere autem. Ad huc prima in duas q̄z primo reprobat vnum d̄ctum antiquoz̄um. 2^o ponit primam rationem ibi. quoniam autem locus. Dicit de prima q̄ graue et leue moueri sursum vel deorsum ad suum locum naturalem tanq̄ ad perfectionem sibi similem et ipsius conseruatiuam melius est q̄ opinari vt dicebant antiqui q̄ si simile mouetur ad sibi simile. et q̄ gleba terre mouet̄ deorsū vt sit cū alia terra sibi simili. et pugillus ignis mouetur sursum. vt sit cum reliquo igne sibi simili. et q̄ hec non sit causa illius pater. quia hoc nō accidit semper. si enim elementum terre transponeretur a loco in quo nūc est ad cōcauum orbis lune. portio ire aere existens nō moueretur ad cōcauum orbis lune vbi esset elementum terre: sed ad medium mundi ad quod nunc mouetur: q̄d est quia vniuersaliter oib? similibus s̄m speciem et differentibus s̄m numerum motis ab eodem motore siue consimili. et eodē siue consimili motu. necesse est hoc accidere q̄ ad eūdem locum ad quem vna particula nata est moueri nāl̄ et totū est natum moueri.

Quā autē locus ē cōtinētis termin? cōtinēt autē oia que mouēt̄ sursum et deorsū extremūq̄ et mediū. hoc autē mō quodā sit species cōtenti i eū qui ipsi? locū ferri ad simile ē ferri. Que: n. dei ceps silia sūt inuicēz. puta aqua aeri et aer igni. econtrario autē dicere mediis extremis at nō puta aerē quidē aque aquā autē terre. Semper enī q̄d superi? ad id q̄d sub ip̄o ut species ad materiā sic se habent ad inuicem.

Adducit primam rationem ad probandū q̄ graua et leuia mouentur ad sua loca naturalia tanq̄ ad

finem. et arguit sic loca naturalia grauium et leuium que sunt extrēmū et mediū mūdi habēt similitudinē et conuenientiam cum eis ratione cuius ipso rum sūt cōseruatiua. ergo se uitur q̄ graue et leue mouent̄ ad ea tanq̄ ad finem: vt scilicet in ipsis diutius cōseruentur q̄ conseruarentur in alijs locis. patet conseruentia quia omne ens naturaliter semper manere et antecedēs p̄bat q̄z loca nāl̄a sūt vltia corporoz̄ p̄tinetiū et vltia corporoz̄ p̄tinetiū quia sunt sicut forme et p̄fectiones corporum in eis naturaliter locatorū cuz ipsis conuenientiam ac similitudinē habent. Cū vlt mū aque habet similitudinē cum terra. et vltimū aeris cum aqua: et vltimū ignis cum aere. s̄z vltimū ignis non habet similitudinē cuz terra. igitur non ē eius locus naturalis respectu sui locati se habz̄ sicut species et forma. et locatum sicut materia. sicut enim forma continet terminat et perficit materiam sic loc? naturalis continet terminat et perficit ipsum locatū. et ex hoc dicitur cum eo cōuenientiaz ac similitudinē habere. quare sicut materia habet inclinā tionez̄ ad formam sicut ad suam perfectionem et sicut ad suuz finem: sic graua et leuia mouentur ad sua loca naturalia sicut ad suas perfectiones: et sicut ad suos fines. Unde dicit quoniam autem locus est terminus corporis continentis extremū autem id est cōcauum celi. et mediū id est locus qui est in medio mūdi cōtinēt et omnia que mouentur sursum et deorsūz. scilicet simpliciter scilicet extremū et mediū quodāmodo sit species contenti id est quodāmodo se habet sicut species et forma respectu locati in eo naturaliter. ideo graue autē leue ferri in eum locum qui est ipsius: ē ip̄z ferri in suā speciem seu perfectionem: et ex consequēti in id quod est simile sibi. Corpora enim que sūt dei ceps. i. que sunt naturaliter ordinata et inuicēz iuxta posita: sūt inuicē similia s̄m vltima s̄m que se tangūt puta aqua aeri: et aer igni: et econtrario cōuenit dicere in elementis mediis inuicem proximis. non autē in extremis: puta aerē quidē esse simile aque et aquā terre. Sed non cōuenit dicere ignem esse simile terre. semper enim corpus q̄d est superius et id quod est sub ip̄o sic se habent ad inuicē vt species et forma se habet ad materiā. Intelligēdū s̄m cōmētatozē cōmento. xxiij. q̄ *Az.* per extremū intelligit cōcauum celi quod est locus naturalis igni. et per mediū intelligit cōcauum aque quod est locus naturalis terre. Per ea autē que mouentur ad sup̄ius intelligit leue simpliciter. et per ea que mouent̄ ad inferius intelligit graue simpliciter p̄seruando se a locis inter mediū et ab elementis intermedijs inter ignem et terram. de quibus id q̄d dicit non est ita manifestum. Idē tamē dicendum est in istis et in illis vt postea declarat: scilicet q̄ tam elementa extrema quam media mouentur ad sua loca naturalia tanquam ad suam speciem et p̄fectionem et sicut ad suum finem: cum quo habēt cōuenientiam et similitudinē. Intelligēdum secūdo q̄ notantur dicit *Az.* q̄ locus quodāmodo est forma et perfectio locati. et non dicit q̄ sit forma et p̄

Libet

fectio locati quia forma locati est perfectio intrinseca locati, locus autem est perfectio extrinseca a locato. Dicitur tamen se habere ad locatum sicut forma propter id quod dictum est. scilicet quia sicut forma continet terminat et perficit materiam sic locus locatum. Et cum vltimus dicitur quod quia locus naturalis est perfectio locati: ideo cum eo similitudinem et convenientiam habet propter quam habet ipsum conservare vult commentator istam similitudinem loci naturalis ad suum locatum esse ex parte qualitatis simbole in qua conveniunt. Unde ignis habet similitudinem cum aere ratione caliditatis in ambobus re parte. et aer cum aqua ratione humiditatis. et ita de alijs. Ego tamen credo istam similitudinem esse magis ex parte virtutis conservatiue a celo influxu. Cui in concavo celi est virtus generatiua et conservatiua ignis magis quam alibi. et in concavo ignis est virtus generatiua et conservatiua aeris magis quam alibi. et ita de alijs. et ratione istius virtutis conservatiue locus naturalis est perfectio sui locati et habet similitudinem cum eo pro qua est huiusmodi conservare ut supra dictum fuit. Querere autem propter quid fertur ignis sursum et terra deorsum idem est et propter quid sanabile si moueat et transmutetur secundum quod sanabile in sanitatem uenit sed non in albedinem. Similiter autem et alia omnia alterabilia. Sed adhuc et augmentabile cum mutetur secundum quod augmentabile non in sanitatem uenit: sed in magnitudinis excessum. Similiter autem et horum unumquodque hoc quidem in quali: hoc autem in quanto transmutatur: et in loco: que quidem leuia sursum: que autem graua deorsum.

Adducit secundam rationem et diuiditur in duas qui a primo ponit rationem. secundo remouet dubium ibi nisi quia. De prima dicit Aristoteles quod querere propter quid ignis fertur sursum et terra deorsum idem est que querere sicut si quis quereret propter quid sanabile si moueatur et transmutetur sed quod sanabile uenit in sanitatem et non in albedinem. Similiter autem et se habet omnia alia alterabilia. Et adhuc augmentabile cum mutetur secundum quod augmentabile non deuenit in sanitatem sed in excessum magnitudinis: id est in magnitudinem maiorem. Similiter autem et unumquodque horum transmutabilium transmutat se: hoc quidem in quali per motum alterationis: hoc autem in quanto per motum augmenti. hoc autem in loco per motum augmenti hoc autem in loco per motum localem. ut graua et leuia que quidem leuia sursum: que autem graua

deorsum. Intelligendum quod virtus istius rationis stat in isto quod sicut sanabile per se et secundum quod sanabile mouetur in sanitatem tanquam in suam perfectionem et sicut in suum finem et non in albedinem vel aliam qualitatem et augmentabile in quantitate perfectam. et ita de alijs sic graue per se et secundum quod graue mouetur in locum deorsum tanquam in perfectionem suam. et sicut in suum finem et leue sursum.

Nisi quia hec quidem in seipsis uidentur habere principium transmutationis: Dico autem graue et leue. hec autem non: sed ab extra: puta sanabile et augmentabile. quantum quandoque et hoc ex ipsis transmutare et paruo facti his que extra motum. hoc quidem in sanitatem uenit. hoc autem in augmentum et quoniam idem quod sanabile et quod laboris susceptuum siquidem moueatur secundum quod sanabile in sanitatem fertur. Si autem secundum quod infirmitatis susceptuum ad infirmitatem. Magis autem graue et leue horum in seipsis uidentur habere principium propter propinquissimam substantie horum esse materiam. Signum autem quia latio absolutorum est. et generatio ultimus motuum. Quare primus utique erit et secundum substantiam hic motus:

Remouet dubium quia posset aliquis credere quod sit omnino simile de motu sanabilis in sanitatem: et augmentabilis in quantitate maiorem. et de motu leuis sursum et grauis deorsum. et dicit Aristoteles quod non est omnino simile: quia graue et leue in actu mouentur per se ad loca sua naturalia a principio intrinseco. scilicet ab eorum forma: sed sanabile et augmentabile mouentur a principio extrinseco videlicet ab alterantibus et augmentantibus. Idem dicit. Bene dicitur est quod sicut sanabile mouetur in sanitatem et augmentabile in quantitate maiorem. sic leue mouetur sursum et graue deorsum: nisi quod in hoc est differentia: quia hec quidem scilicet graue et leue uidentur habere principium transmutationis in ipsis. hec autem scilicet sanabile et augmentabile non habent in se principium sue transmutationis: sed ab extra transmutantur. quantum quandoque contingat et hec transmutari ex seipsis: id est ab intrinseco paruo facto. id est in parua transmutatione. ut leuis egritudo ab intrinseco potest remoueri. sed fortis non remouetur nisi concurrente causa extrinseca ut medico vel medicina: quare subdit quod in hijs que da

Liber

bent motum ab extra hoc quidem venit in sanitatē
vt sanabile hoc autem in augmentum vt augmenta
bile. ⁊ quoniam idem est quod est sanabile ⁊ quod
est susceptiuum languoris siquidem moueatur fm q
sanabile est fertur in sanitatē si autem moueatur fm
q est susceptiuum infirmitatis: fertur ad infirmitatē
graue autem ⁊ leue magis ex ipsis videntur habe
re principium horum. idest suorum motuum localiu
propter materiam eorum receptam esse propinquū
sūm eorum subest: idest forme substantiali a qua ef
fectiue proueniunt illi motus. ⁊ quia solus motus
localis fit a principio intrinseco: sequitur q motus
localis est alijs perfectior: cuius signū est quia latius
est absolutorum idest perfectiorū. ⁊ est vltimus mo
tuus fm generationem: quare hic motus scilicet lo
calis vtiq; erit primus: secundum substantiam: idest
perfectionem licet secundum generationē sit vltimus

Intelligendum primo q aliqui volunt q in omni
alteratione ⁊ augmentatione siue sint parue siue for
tes. proximum mouens est extrinsecum a primo mo
tu. Unde in leui egritudine que curatur absq; cōcur
su medici vel medicine: membrū sanans vtputa cor
est extrinsecū membro sanato videlicet stomacho aut
alio tali. ⁊ similiter dicunt q in augmentatione occur
rit aliquid augmentans quod est extrinsecum a mē
bro augmentato. Intelligendum secundo q cum
idem subiectum sit in potentia ad qualitates contra
rias vt sanitatem egritudinem ⁊c. Ideo oportet i mo
tu alterationis concurrere agens extrinsecum: nec
possunt tales alterationes contrarie fieri p a forma
substantiali alterabilis: quia ab vna forma non po
test prouenire per se nisi vnum contrariorū. Et sicut
dicendum est de motu augmentationis ⁊ diminutio
nis. de motu autem locali grauis aut leuis secus est
quia enim graue est natum solum moueri deorsū na
turaliter: ⁊ leue sursum. Ideo motus deorsum gra
uis a forma sibi intrinseca effectiue potuit prouenire
⁊ similiter motus sursum ipsius leuis. Intelligen
dum tertio q motus localis est posterior generatio
ne alijs motibus: quod patet in animalibus: puer. n.
antequā moueatur motu progressiuo augmentatur
vt acquirat debitam quantitatem ad motum p gres
siuum requisitam. ⁊ anteq; augmentetur. alteratur
cum augmentatio non possit fieri sine generatione. ⁊
generatio non possit fieri sine alteratione. quare seq
tur q inter tres veros motus in eodem mobili scōs
alteratio nō prior via generationis: ⁊ motus localis
posterior: propterea dixit Aꝛ. ipsum esse motum p
fectiorū. est tamen ceteris motibus prior nobilitate
et perfectione cum sit finis eorum nec insit ali per se
nisi fuerit in quantitate aliquo modo perfecta.

Cum quidem igitur fiat ex aqua aer

⁊ ex graui leue uenit in sursū. Simul
autem est leue et non amplius fit. sed
ibi est: manifestum itaq; q potentia
ens in actum iens uenit illuc. ⁊ ad tā
tum ⁊ tale: ⁊ ubi endelechia et quanti
et qualis et ubi. Eadem autem causa
et eius quod iam existentia ⁊ entia ter
ram ⁊ ignem moueri in ea que ipsorum
loca nullo impediēte. Eo enī nutri
mentum cum prohibens et sanabile
cum retinens non sit: fertur confestim
Mouet autem et quod a principio fe
cit et impedimentum remouens aut
unde resiliuit quemadmodum dictū
est in primis sermonibus: in quibus
determinauimus q nihil horū seipsū
mouet propter quam igitur causam
fertur latoꝝ unūquodq; et ferri in
sui ipsius locū quid ē. dictum ē.

Nunc Aꝛ. ostendit causam effectiuam motuum
grauium ⁊ leuium ad sua loca naturalia. ⁊ vult q
grauia ⁊ leuia in potentia moueantur ad sua loca na
turalia de potentia essentiali a generante: ⁊ per gra
uia ⁊ leuia in actu moueantur ad sua loca naturalia
de potentia accidentali a remouente prohibens. Cū
dicit. cum quidem igitur fiat aer ex aqua: ⁊ leue ⁊
ex graui: venit tale qd fit leue in sursū. Simul autē
est leue ⁊ sursum. ⁊ non amplius fit scilicet sursum cū
factum est leue. s; ibi est. Manifestum est itaq; q po
tentia ens: scilicet graue aut leue iens. idest vadens i
actum illuc uenit ad tantum ⁊ tale ipsius loci ubi est
endelechia. idest actus ⁊ quanti ⁊ qualis. ⁊ eadez est
causa eius quod est iam existentia terram ⁊ aquam
moueri in ea ⁊ loca que ipsarum naturalia nullo ipe
diente. ⁊ nutrimentum moueri eo: idest ad illud mē
brum ad quod aptum natum est moueri cum probi
bens fuerit remouens. ⁊ sanabile moueri ad sanitatē
cum retinēs ipsum in egritudine remotum fuerit. ⁊
vniuersaliter graue aut leue in actu mouentur loca
liter ab eo quod est remouens illud quod a principio
fecit impedimentum. ⁊ hoc in motu naturali. Aut
ab eo vnde. idest a quo resiliuit siue expulsus fuit: ⁊
hoc in motu violento quādamodū dictum est in pri
mis sermonibus octauo phisic. in quibus determina
uimus q nihil horū: scilicet grauiū ⁊ leuiū sim
pliciter mouet seipsum sine consensu motoris extri

Liber

seci. 7 tunc epiloga dicens quod dicitur est propter
quam causam unūquodq; grauium 7 leuium latozū
fertur sursum aut deorsū. 7 quid est graue aut leue
ferri in locum sui ipsius. s. naturalem. Intelligēdū
primo q; generans graue au leue simul tempore dat
formam scilicet grauitatem 7 leuitatem cum forma
substantiali. 7 vbi sursum vel deorsū. Ideo dicit
22. q; cum ex graui sit leue simul tempore sit leue 7
sit sursum. 7 cum factum est leue factum est sursum.
imo prius secundum causalitatem sit leue q; sursum
ex quo leuitas est causa motus sursum. Intelligē
dum secundo q; cum ex graui sit leue vel econuerso
illud quod sit graue vel leue mouetur ad tantum 7
talem locum ad quantum 7 qualem ipsum moueri
exigit grauitas aut leuitas quam acquirit: 7 in quan
tu 7 quali reperitur completo motu vt quantitas lo
ci non importet solum magnitudinem ipsius sed etiā
eius distantiam a termino a quo motus. Unde si sit
leue simpliciter mouetur simpliciter sursum: 7 si sit
leue fm quid: 7 ita de alijs. 7 ad huius declaratioez
vide cōmentatozem cōmento. xxv. sic dicentem: 7 i
telligē per quantitatem finem loci ad quem est possi
bile vt illud motum moueatur 7 ad quē mouebitur
illius loci 7 intelligē per qualitatem sicut locum pro
prium corporis cōtinentis ipsum: qui est ei sicut vbi
omne enim motū habet ex istis reb; res terminatas
verbi gratia. q; cū aqua fiet aer mouebitur ad locū
qui est sub loco ignis. 7 ad quantitatem terminatā fm
suam leuitatem 7 respicit de corporibus cōtinentib;
corpora determinata. Non enim omne qd mouetur
mouetur ad quēlibet locum: neq; ad quālibet prem
loci vnius in genere neq; respicit de corporibus con
tinentibus quodlibet corpus 7c. Circa istud capi
tulum dubitatur vtrū grauiā 7 leuiā moueantur ad
sua loca naturalia a generante vel a remouente pro
hibens. Arguitur q; nō. primo sic. ab illis nō mo
uentur grauiā 7 leuiā ad sua loca naturalia. que stat
esse multum distantia dum sic mouentur. sed stat rā
generans quā remouens prohibens esse huiusmodi
ergo 7c. patet p̄na cū minor. 7 maior colligē septio
phic. vbi ostēditur q; i omni motu proximū mouēs
7 motū sunt simul. secūdo ab illis nō mouentur gra
uia 7 leuia que stat esse corrupta p̄sis sic motis. sed
stat generans 7 remouens prohibens esse corrupta
dum grauiā 7 leuiā mouentur ad sua loca naturalia
ergo 7c. patet iterum p̄na 7 assumptū pro vtraq; pre
est manifestum. Tertio illa que mouentur a prin
cipio intrinseco non mouentur a generante vel remo
uente prohibens. sed grauiā 7 leuiā dum mouentur
ad loca sua naturalia mouentur a principio intrinse
co ergo 7c. patet consequētia cū maior. quia tam ge
nerans quā remouens prohibens sunt motores ex
trinseci. 7 minor colligitur ab Az. in littera dū dicit
nisi quia hec quidem in seipsis videntur habere prin

cipium transmutationis. dico autem graue 7 leue.
hec autem non sed ab extra puta sanabile 7 augmen
tabile. Idem sentire videtur commentato: cōmento
xxij. huius quarti. 7 cōmen. xxvij. 7 expressis scōo
phic. cōmento primo dum dicit q; non inuenit corp;
simplex quod alteretur ex se. aut quod generetur ex
se. sicut inuenitur corpus simplex quod transferretur
in loco ex se. 7 cōmento tertio dum dicit. Quoniaz
non dubitamus q; ista mouentur ex se non ex moto
re extrinseco scilicet quatuor e e nenta 7 oia corpo
ra ex se. Et octauo phic. cōmento. xxvij. vbi loquen
do de graui 7 leui dicit. Ista enī videntur moueri ad
sua loca naturalia ex se 7 ad loca opposita suis locis
naturalibus ex alijs. Verbi gratia q; lapis ad inferi;
mouetur per se naturaliter 7 ad superius p violentiā
7 contrario ignis 7c. In oppositum 7 pro parte
affirmatiua dubij videtur esse Az. in octauo phic. i
illo capitulo. Mouentur igitur 7 eoz que mouentur
vbi in fine concludendo dicit. eoz autez que natura
iterum que a seipsis mouentur ab aliquo. 7 que a se
ipsis vt grauiā 7 leuiā aut nim a generante 7 facien
te leue aut graue: aut ab impediētia 7 prohibētia
soluente. 7 idem asserit in isto capitulo in ista parte.
cum quidem igitur stat. dicens graue aut leue moue
ri a generante aut remouente impediētib; que ad
modum ictū est in sermonibus in quibus dētermi
nauimus q; nihil hoz scilicet grauium 7 leuiū seipz
mouet. 7 idem asserit cōmentato: in pluribus locis

Pro isto dubio premittendū primo q; elemēta du
pliciter capi possunt. Uno modo in potētia. alio mo
do in actu. verbi gratia ignis in potētia 7 ignis i ac
tu. Ignis in potētia est corpus ex quo pōt fieri ignis
in actu. 7 sic terra dicitur ignis in potētia. Ignis in
actu est corpus habens actualiter ignis formā. Pre
mittendū secundo q; duplex est potētia scilicet essen
tialis 7 accidentalis. potētia essentialis est potētia
que est ad essentiā seu formā que est principū opa
tionis. Sed potētia accidentalis est potētia habē
tis formā 7 non operantiā. que ideo dicitur accidē
talis. quia non est ad formā sed ad operationem q
est accidēs consequens formā. ex quo sequit vlteri;
q; duplex est motus scilicet de potētia essentiali 7 de
potētia accidentalī. motor qui tribuit formā dicit
mouere de potētia essentiali. vt generans ignem ex
terra dicitur mouere terram que est ignis in potētia
superius de potētia essentiali: quia tribuit sibi for
mā ignis 7 leuitatez que sunt principia motū sursum
Sed motor qui habenti formā tribuit tantum opa
tionem dicitur motor de potētia accidentalī. sicut
si ignis in actu est: 7 detentus deorsum 7 aliqd remo
ueret ipedimentum ppter qd moueretur sursum: talz
remouēs ipedimentū diceretur mouere ignem sursum
de potētia accidentalī. Quibus habitis ponunt
alia que conclusiones. prima conclusio grauiā 7 leuiā

Liber

in actu mouentur a suis locis naturalibus sicut a fine
Ista conclusio patet in littera. Secunda conclusio
grauia et leuia in potentia effectiue mouentur ad sua
loca naturalia de potentia essentiali a generante. pa-
tet quia ab ipso recipiunt formam que est principium
motus eorum. Tertia conclusio grauium et leuium in actu
effectiue mouentur per se et immediate ad sua loca natu-
ralia ab eorum formis substantialibus cum suis
qualitatibus localiter motiuis. probatur quia om-
nis talis motus est naturalis. ergo est principaliter a na-
tura. et non a natura que est a materia cum ipsa sit
pure passiuua. ergo a natura que est forma substantia-
lis grauium aut leuium. et cum forma substantialis non opere-
tur sine instrumento erit instrumentaliter a grauitate
aut leuitate quare sequitur quod ex forma substantiali
grauium aut leuium et ex grauitate aut leuitate fiet prin-
cipium per se et immediate productiuum motus natu-
ralis grauium aut leuium. et hanc conditionem volunt
omnes auctoritates Aristotelis et commentatoris. que grauium
et leuium dicunt moueri ex se et ab intrinseco ad sua lo-
ca. Quarta conclusio grauium et leuium in actu effecti-
ue mouentur de per accidens et mediate quantum
ad motus inchoationem ad sua loca naturalia a re-
mouente prohibens. probatur quia graue aut leue
in actu si debet incipere moueri ad suum locum natu-
rale oportet quod prius quiescat in loco uiolento. et hoc erit
ab aliquo detinente ipsum et prohibente ne moueatur
ad suum locum naturalem. quod prohibens oportet
bit remoueri. si illud graue aut leue debeat naturali-
ter moueri. et remouens tale prohibens dicitur acti-
ue mouere graue aut leue. de per accidens tamen et
mediate. sicut aperiens fenestram de per accidens et
mediate dicitur esse causa effectiua illuminationis
domus. Et ex ista conclusione habetur intellectus
Aristotelis. et aliorum dicentium grauium et leuium non moueri
per se siue a seipsis. Intelligunt enim quod non mouentur
a se ipsis per se. id est solum et absque concursu mo-
toris extrinseci: modo nunc declarato: tamen mouentur
ad sua loca naturalia a se ipsis per se. id est natu-
raliter et a principio intrinseco ut prius dicebatur
et ista non repugnant. Quinta conclusio grauium et
leuium in actu mouentur a se ipsis ad sua loca natu-
ra de potentia accidentalii. patet ex suppositi-
onibus premissis. Sexta conclusio grauium et leuium in actu mouentur
ad sua loca naturalia a remouente prohibens
de potentia accidentalii: patet ut prius. quoniam grauium
et leuium in actu non recipiunt a remouente impe-
dimentum formam que est principium operationis
sed operationem tantum. Et si vis clarius intelligere
ea que dicta sunt de potentia essentiali et de potentia
accidentalii. vide commentatorem octauo philosophice. comen-
to quarto. et expressius comm. xxxij. ubi ponit hec
verba. et similiter ignis habet duas potentias. pote-
ntiam essentiali et est potentia que in corpore ex-

quo generatur. et potentiam accidentalem et est po-
tentia que est in igne quando impeditur. et ista sicut
est accidentalii indiget motore accidentalii eontra-
rio prime potentie. Et cum ita sit questio igitur dicendum
utrum ista corpora simplicia moueretur in loco amo-
tore extrinseco aut ex se: distinguendum est in respo-
sione ad illam. quoniam motus qui est in potentia
vera naturali: et est potentia que est in re et que gene-
ratur corpus simplex in quo inuenitur motus: ne-
cessario indiget motore essentialiter. et est illud quod est
illud quod est extrinsecum scilicet generans. generans
enim est illud quod dat corpori simplici generato for-
mam suam et omnia accidentia contingentia forme
quorum unum est motus in loco. et ideo si forma
fuerit completa in eo complebitur ubi suum debitum
et alia accidentia nisi aliquando impediatur. Potentia
vero ad motum que accidit inueniri in corpore sim-
plici quando impeditur in tempore sue generationis
quin moueatur ad suum locum naturalem ab aliquo
impedimento quando generatur in loco extraneo:
aut quando exit a suo naturali ab aliquo extrahente:
non indiget in hoc quod exeat in actum motore extrin-
seco essentialiter cum sit potentia accidentalii et cetera
et paulo post subdit et proprium est potencie essentialii
ut non fiat in actu nisi propter motorem essentialem
et quod non venit ad actum nisi quando congregatur duo
scilicet recipiens et agens eontraario potentie accidē-
tali que non indiget ad hoc quod exeat ad actum motore
extrinseco. nisi per accidens. et est recessus impedimen-
ti. Ad rationes autem que ad utramque partem dubij
adducte sunt qualiter sit respondendum preter dicta.

Capitulum primus secundi tractatus libri quarti
de celo et mundo. in quo determinatur de differen-
tijs grauium et leuium.

Differentias autem et acci-
dentia circa ipsa nunc di-
camus. Primum quidem
igitur determinatum sit
quemadmodum uide-
omnibus graue quidem simpliciter:
quod omnibus substat: leue autem quod
omnibus supereminet. Similiter autem
dico in genus respiciens et quibuscun-
que non ab eo existunt: quale uide-
ignis quidem quecumque magnitudo sursum
lata si non existat prohibens alterum terre
autem deorsum. eodem autem modo
et uelocius quod plus.

Libet

Secundus est tractatus quarti libri de celo et mundo. In quo postquam Aristoteles in precedenti tractatu narravit opiniones antiquorum de graui et leui ostendendo propter quid grauia et leuia moueantur ad sua loca naturalia. nunc determinat de differentiis grauium et leuium ostendendo quod est dandum corpus simpliciter graue et corpus simpliciter leue: et corpus graue aut leue in respectu. et diuiditur in duo capitula. in quorum primo determinat de differentiis grauium et leuium. in secundo autem ostendit quod est dandum corpus simpliciter graue et corpus simpliciter leue. et corpus graue aut leue in respectu. ibi secundum capitulum. quoniam autem est. Primum capitulum diuiditur in duas partes in quibus prima determinat de differentiis grauium et leuium simplicium. in secunda de differentiis grauium et leuium compositorum. ibi quoniam autem et aliorum. Prima habet duas partes. In prima determinat de differentiis grauium et leuium simpliciter. In secunda idem facit de grauibz et leuibz in respectu ibi. Aliter autem graue dicit de prima. quod nos nunc dicamus differentias et accidentia que sunt circa ipsa scilicet grauia et leuia. primum quidem igitur quemadmodum omnibus recte sentientibus videtur sic determinatum: id est diffinitum graue quidem simpliciter quod omnibus substat deorsum latum secundam naturam. Leue autem simpliciter quod omnibus supereminet sursum latum. simpliciter autem dico respiciens in genus id est in materiam ipsorum que secundum quod sunt talia sunt simpliciter talia. et respiciens in ea quibus cunctis non existunt ambo scilicet grauitas et leuitas sed alterum tantum. quale quidem videtur esse que cunctis ignis magnitudo: siue pars sursum lata scilicet simpliciter: si non existat alterum quod sit prohibens et quelibet pars terre deorsum simpliciter eodem modo. Et quod plus ignis aut terre velocius ascendit vel descendit. Intellegendum secundum commentatores commento. xxvi. quod graue et leue simpliciter dupliciter diffiniuntur. Uno modo per motum ut quod graue simpliciter est quod mouetur simpliciter deorsum. Et leue simpliciter est quod mouetur simpliciter sursum. Alio modo per quietem in suis locis naturalibus. ut quod graue simpliciter est quod naturaliter quiescit sub omnibus corporibus. et leue simpliciter est quod naturaliter quiescit super omnia corpora recte mota. et iste due diffinitiones sunt magis notificantes naturas eorum quam prime: quia magis naturale est graui et leui quiescere in suis locis naturalibus quam moueri ad ea: cum non moueantur ad ipsa nisi post violentiam eorum. et in talibus diffinitionibus ponuntur operationes locorum differentiarum quia differentie latent. Intellegendum ulterius

secundum commentatorem quod graue et leue simpliciter est illud in quo non inueniuntur due potentie in simul scilicet grauitas et leuitas: sicut reperiuntur in aqua et in aere. Vult ergo quod graue simpliciter habet grauitatem tantum. et leue simpliciter habet grauitatem tantum. sed graue et leue in respectu ut sunt aer et aqua habent grauitatem et leuitatem. et quia ex hoc aliquid posset credere quod in elementis medijs sint grauius et leuitas adinuicem mixte sub gradibus remissis. Remouendo hoc dicit quod ex hoc non est intelligendum quod in elementis medijs sint due potentie in simul scilicet grauitas et leuitas quemadmodum album et nigrum existunt in rubeo: quia si ita esset tunc aqua et aer componerentur ex igne et terra quod est falsum. sed est intelligendum quod due potentie in simul existunt in eis secundum comparationem scilicet grauitas et leuitas in respectu. unde aqua est leuis in corpore ratione ad terram quia existens in loco terre ascendit ad locum suum. sed est grauis in comparatione ad ignem et aerem. quia a loco ignis et a loco aeris descendit ad locum suum. et hoc facit non per diuersas qualitates motiuas. sed per vnam simplicem qualitatem: que aliquando mouet sursum et aliquando deorsum. ut dictum est et propter hoc dicitur grauitas et leuitas in respectu. et similiter dicendum est de qualitate localiter motiua ipsius aeris: que in loco ignis mouet deorsum. et in loco terre et aque mouet sursum. Leuitas autem ignis est leuitas simpliciter. quia solum mouet sursum et nunquam deorsum. et grauitas terre est grauitas simpliciter quia solum mouet deorsum. et nunquam sursum

Aliter autem graue et leue quibus abo existunt. Etenim superferuntur quibusdam et substant quemadmodum aer et aqua. Simpliciter quidem enim neutrum horum leue aut graue. Terra quidem enim ambo leuioza. Supereminet enim ipsi quecumque ipsorum particula igne aut grauiora. Substat enim ipsorum quacumque utique sit particula. ad seipsa autem simpliciter hoc quidem graue hoc autem leue. Aer quidem enim quantumcumque sit supereminet aque. Aqua autem quantumcumque sit utique sit aeri substat.

Hic determinat de graui et leui in respectu in simplicibus: ponendo eorum diffinitiones dicens quod aliter dicitur

Quartus

grauē & leuē: q̄b̄ existūt ab o. s. subeē & supeminere. Et enī q̄busdā substat̄ superiūt & q̄busdā quēadmodō sūt aer & aq̄ quīde; enī neut̄; horū est simpliciter leuē aut graue sicut sunt ignis et terra. sed solum secundum quid. quidem enim ambo sunt leuīora terra. Quia quęcunq̄ ipsorum particula superminet ipsi terre. igne autem sunt grauiora. Quia quęcunq̄ ipsorum particula supereminet ipsi terre substat̄ igni. enī quantacūque utique ipsorum particulam ad seipsa cōparata simpliciter. idest vniuersaliter hoc quidem graue scilicet partiu; aque respectu aeris. hoc autem leuē scilicet partiu; aeris respectu aque. aer quidem enim quantacūq̄ utiq̄ sit supereminet aqua. aqua autem quantacūq̄ utique sit substat̄ aeri. Intelligendum q̄ sicut ignis est leuis simpliciter: quia omnibus supereminet. et terra est grauis simpliciter. Quia omnibus substat̄ secundum naturam. Sic a r et aqua sunt grauia & leuia in respectu. quia cuidam corpori naturaliter substat̄ vt igni. & cuidam naturaliter supereminet: vt terre. & i comparantur adinuicem: aer respectu aque est leuis: quia sibi naturaliter supereminet. & econtra respectu aeris est grauis. quia sibi naturaliter substat̄. & similiter diffiniri possent per motum: vt per alicui naturaliter sup̄ferri. & alicui naturaliter subferri.

Quoniā at̄ & aliorū hec quidē habēt grauitatē. hec at̄ leuitatē: māifestum q̄ horū quidē cā oium que i cōpōitis differētia. Secūdu. n. illa sortiri hui⁹ quid plus. hui⁹ at̄ min⁹ erūt hec quid leuia. hec at̄ grauia corpa: quare de illis dicendū. Alia enī sequūtur priā quod quid̄ dicebāus oportere facere Et propter plenū graue dicētes & propter uacuum leuē.

Nunc Aristot. determinat de differentijs grauium & leuium mixtorum. Et diuiditur in duas. q̄a primo facit hoc. Secundo remouet vnum dubiu;. ibi. Accidit autem utiq̄. Dicit de prima. Quoniam autem & aliorum. quia corporum compositorum hec quidem habent grauitatem. hec autem leuitatem. Manifestum quidem quia omnium horum causa est differētia que ē in ipsis compositis ex parte simplicium componentium. secundum enim illa scilicet composita sortiri. huius quidem plus. s. elementorum leuium. huius quidem minus scilicet

elementorum grauium. vel econuerso erunt de numero corporum compositorum. hec quidem leuia. hec autem grauia. Quare illis: idest ab illis antiq̄s dicendum: quia alia scilicet corpora composita sequuntur prima ex quibus componuntur in grauitate & leuitate. Quod quidem dicebamus oportere facere dicentes corpus esse graue propter plenum. & esse leuē propter vacuum scilicet assignare causa;. quare plenum est graue. & uacuum est leuē: quod tamen non fecerunt. ideo insufficientes fuerunt.

Accidit utiq̄ nō ubiq̄ hec grauia uideri esse et leuia propter primorum differētia. Dico aut̄ puta i aere quidem grauius erit talenti lignū plumbo uiuareo in aqua autem leuius

Mouet dubiu; vnum. Et diuiditur in duas partes. quia primo mouet. Secundo soluit. ibi. Causa autem. De prima uult. quod licet corpora sint grauia: aut leuia secundum q̄ plus habent de elementis grauisbus quam leuisbus: vel econuerso. tamen alia qua sunt corpora composita sic se habentia quod in uno loco vnum est grauius alio. Et in alio loco est eodem leuius seu minus graue. Ut uerbigratia. Magnum lignum in aere est grauius paruū plumbo. & in eodem velocius descendit In aqua autem est econuerso: q̄ paruū plumbum est grauius magno ligno. Quoniam paruū plumbum descendit in aqua. & magnum lignum non descendit: sed supernatat. Dicit ergo q̄ utique accidit non ubique hec corpora composita uideri esse grauia. Et hec esse leuia propter differētia primorum. idest simplicium componentium. Dico autem: puta in aere quidē grauius erit lignum valoris unius talenti: idest magnum plumbo uiuareo: idest valoris unius oboli: siue paruū. in aqua autem erit leuius.

Causa autē quia oia grauitatē habēt preter ignē & habere necessariū: aqua autē ubiq̄ preterq̄ in terra aerē aut̄ ubiq̄ preterquā in aqua et terra. In ea enī que ipsius regiōe omnia grauitatē habēt preter ignē etiam aer. Si gnum autē quia trahit plus inflatus uter uacuo. Itaq̄ si aliquid aeris habet plus q̄ terre et aque. in aqua qui

dem cōtingit leuius esse quoddam in
aere aut grauius. Aeris quidem enim
non supfertur. aque aut supfertur

Soluit dubiū dicens: q̄ cā eius quod dictū est
de magno ligno et paruo plūbo est: quia omnia ele-
menta habent grauitatē preter ignē. 7 ē necessariū
aqua vbiq̄ habere grauitatē: ē preterquā in aqua et
terra. Unde omnia elemēta in ea regione que ipsius
ē habent grauitatē preter ignē. etiā aer scilicet ē gra-
uis in loco suo. Signū autem huius ē: quia uter in
flatu aere plus trahit deorsū in aere vtre vacuo.
itaq̄ si aliqd̄ habet pl^o aeris et terre 7 aque sicut est
lignum. in aqua q̄dem cōtingit leuius eē quoddam
aliū vt plūbo. in aere autem grauius: quod patet.
quia lignū non supraferitur aeri: sed in eo plumbo
uelocius descendit. aque autem supraferitur lignū
in qua tamen plumbum descendit. Intelligendū
p̄mo sc̄dm̄ commentatorem commēto. xxix. q̄ aer
7 aqua in suis locis sunt magis graues quā leues:
quod per hoc signum declarat. quoniam aer in lo-
co suo facili^o expellitur ad inferius quā ad superius.
7 similiter est de aqua. Intelligendum secundo se-
cundū cōmentatorem q̄ quia terra est grauis in oī-
bus locis. ideo mixtū in quo terra dominatur alijs
elemētis est graue in omnibus locis vt plumbum.
et mixtum in quo aqua dominatur alijs elemētis ē
graue in tribus locis tātum. scilicet ignis aeris 7 aq̄
7 mixtum in quo aer dominatur alijs elemētis est
graue in duobus locis tantū scilicet ignis et aeris:
lignum. Ex his patet solutio ad dubiū Azz. nā
nam magnum lignum est graui^o in aere paruo plū-
bo. quia aer aqua 7 terra que sunt in magno ligno:
sunt maiora 7 pl^o p̄derantia in aere quā aer aqua et
terra que sunt in paruo plūbo euz sint pauca. in aqua
autē est contrariū q̄ paruum plūbum est grauius ma-
gno ligno. qz aer qui dominatur in ligno ē leuis in
aqua. 7 resistit motui deorsū ipsius ligni: quod nō
cōtingit in paruo plūbo: cū in ipso nō dominet aer:
sed terra que in oībus locis est grauis. Ex quib^o vlti-
rius sequitur q̄ ista cōfessio non ualet. plus est d̄ aqua
7 terra in magno ligno quā in paruo plūbo. sed par-
uum plūbum descendit in aqua. ergo magnum lignū
descendit in aqua. 7 causa ē: quia in magno ligno
plus est de elemētis leuibus resistentibus mo-
tui deorsū in aqua quā de elemētis grauib^o tra-
hentibus deorsū. 7 contrariū est in paruo plū-
bo. Sed dubitatur. Utrū quodlibet elementum
in suo loco naturali habeat grauitatem per quā gra-
uiter igne excepto qui est sume leuis ut velle uiden-
tur Azz. et cōmentator. Et arguitur q̄ non: qz si aer
grauitaret in spera sua cū supra nos multū aerem
habeamus. huiusmodi aer non comprimet 7 eius
grauitatem perciperemus. Cuius oppositū ad expe-

rientiā patet. 7 idē argueretur de aqua q̄ si in loco
suo grauitaret natates qui sub ea submerguntur ei^o
p̄derositate perciperent: quod nō videmus. 7 simi-
liter argui posset de terra. Ad partem affirmati-
uam arguitur. quoniam lignū in aere est grauius plū-
bo. 7 in aqua est minus graue. quod non uidetur p̄-
alio cōtingere nisi quia aer qui in ligno dominatur
in aere grauitat 7 in aqua leuitat: quod etiā confir-
matur p̄ experientiā Azz. de utre pleno aere qui in
loco aeris plus grauitat utre cōsimili vacuo. 7 si
militer dicendū videtur de aqua que naturalit̄ tra-
hit ad locū terre decliuore: quod non eēt nisi in suo
loco grauitaret. 7 terra etiā ē densior prope cen-
trum quā in circūferentia: quod nō uidetur ex alio
procedere: nisi qz partes terre circūferēntiales graui-
tant et cōprimunt cētrales uersus mediū mundi.
In isto dubio sunt due opiones opposite: quas tan-
git cōmentator cōmentō. xxx. Una ē Azz. quāz cō-
mentator insequitur: que vult vt tactū sit circa s̄ram:
q̄ oē elemētū grauitet in suo loco naturali preter
ignē. minus tñ grauitat in suo loco naturali: quā si
eēt in loco superiori ad suū locū naturalē. Uñ aer pl^o
grauitāt in loco ignis quā in pp̄ria spera. Et ex hoc
soluuntur rōnes in oppositū facte. qm̄ ille bñ p̄bat q̄
elemēta in suis speris nō multū siue intēte graui-
ant quod ē cōcessum. sed q̄ nullo mō grauitent nō cōui-
cunt. Alia vero est opinio Themistij qui in hoc
loco vt asserit cōmentator: Azz. abnegauit. Uoluit. n.
nullū elemētū in suo loco naturali grauitare: aut le-
uitare. trahere sursum uel deorsū: sicut facit in loco ui-
olento. quodlibet. n. elemētū dū est in loco suo na-
turali appetit ibi descere 7 permāere. dū autē fuerit
extra suū locū naturalē appetit ad ipsū moueri. Uñ
aer si fuerit in loco igne uel aq̄ leuigat: et sursum mouet
ad suā sperā. si autē fuerit in loco ignis grauitat: 7 mouet
ad deorsū. in pp̄rio aut loco descit nō grauitado neq̄
leuitado. Et ad dictū Azz. de magno ligno 7 par-
uo plūbo rñder dicēdo q̄ cā quare magnum lignum
in aere ē graui^o paruo plūbo nō ē: qz aer q̄ d̄nat in li-
gno grauitet in suo loco ē. Sed qz tra 7 aqua q̄ sunt in
magno ligno sunt maiora tra et aq̄ que sunt in paruo
plūbo. 7 cū hoc aer q̄ ē in ligno nō ipedit eius descen-
sū in aere. ipedit aut eius descēsu in aq̄. In paruo autē
plūbo nō ē aer qui possit impedire eius descēsu in aq̄
ex quo in ipso p̄d̄natur terra que in loco aq̄ ē grauis
ideo paruum plūbum in aq̄ ē grauius magno ligno.
Ad experimentum autē Azz. de utre pleno aere.
7 de utre uacuo: illud experimētum negat Temi-
stius. 7 dicit se expertum fuisse: et inuenisse huius-
modi utres equaliter p̄derare. huiusmodi autēz di-
uersitatis cām assignat cōmentator dicens hoc
potuisse euenire. quia utres in quibus Azz. fecit ex-
perimentū fuerunt subtilioris 7 sicciōris cortij quā
utres in quibus Temistius expertus fuit. ego etiā
puto q̄ si vter impleretur aere vaporoso: aut gros-

Quartus

sis exhalationibus permixto: aut preternaturaliter condensato & grauifaclo: q̄ redderetur in aere grauior seipso uacuo. Ad aliud autem q̄ dicebatur de aqua q̄ naturaliter fluit ad locū terre decliuorē Respondetur hoc fieri ex ordine debito uniuersū. & non q̄ in suo loco grauius aqua: nisi enim sic flueret tūc ad illū locum implendū ne vacuum sequeretur fluxisset. & tūc sub aqua imediate eēt aer: quod repugnat debito ordini uniuersū q̄ exigit ut leui⁹ imediate sit supra grauius. & grauius sub leui⁹.

Ad aliud uero q̄ arguit de terra dicitur q̄ prescentrales terre nō sunt densiores circūferentialibus q̄ ab illis comprimant: sed quia sunt magis simplices non cōmixte cū partibus alterius elementi propter quod reddūtur solidiores. partes autē circūferentiales sunt mixte partibus aqueis et aereis: ex quib⁹ porose & non ita compacte reddūtur. Ego tamen in hac materia tam ambigua dicere q̄ licet nullū elementū in sua simplicitate ac puritate exis in sua spera grauius. aer tamen & aqua grauitantia reperiūtur: quia non sunt pura sed cum partibus elementi inferioris plurimis permixta: ex quarum p̄mixtione grauitantia efficiūtur. Et ex his potes inter Aꝛ. et Themistium aliquantū conciliare. Elige igitur.

Capitulū secūdu tractatus secūdi libri quarti d̄ celo & mundo in quo ostenditur q̄ est danduz corpus simpliciter graue. & corpus simpliciter leue: et corpus graue aut leue in respectu.

Quoniam autem est simpliciter leue & simpliciter graue: ex his est manifestū. Dico autem simpliciter leue quod semper sursus. graue autē quod semper deorsum natuz est ferri nō prohibitū. talia enim sūt & non quemadmodū putant quidam omnia habere grauitatem.

Istud ē secūdu capitulū huius tractatus: in quo postquam Aꝛ. in p̄cedenti capitulo determinauit de differentiis grauiū & leuiū. nūc ostendit qd̄ est dandum corpus simpliciter graue & corpus simpliciter leue. & corpus graue aut leue in respectu. Et diuiditur in duas partes. q̄ primo probat q̄ est dandum corpus simpliciter graue & corpus simpliciter leue. Secūdo q̄ est dandum corpus graue aut leue in respectu. ibi secūda. Est autem aliquid intermediū. Prima in duas: q̄ primo premitit intentum sub. iungendo alias diffinitiones grauis & leuis simpliciter. Secūdo probat ibi: Graue quidem enim.

Dicit de prima. Quoniam autem est simpliciter leue & simpliciter graue: ex his scilicet dicendis ē manifestum. Dico autem simpliciter leue quod semper idest in omni loco est natum ferri sursum non prohibitum. & simpliciter graue quod semper: idest in oī loco est natum ferri deorsum. talia enim sunt scilicet simpliciter graue & simpliciter leue. & non quemadmodū quidam putant omnia habere grauitatem negant: s̄ dari simpliciter leue. Intelligenduz secundū commentatorem commento. xxxi. q̄ diffinitiones simpliciter leuis: et simpliciter grauis posite superius sumuntur a finibus eorum. & iste que ponuntur hic sumuntur ex motu. Prime magis demonstrant naturas eorum: sed iste magis demonstrant differentias inter graue et leue simpliciter. & graue: & leue in comparatione. Intelligendum secūdo q̄ illi qui dixerunt omnia corpora habere grauitatem fuerunt illi qui posuerunt plenum esse causam grauitatis & vacuum esse causam leuitatis. cum. n. secundum eos nihil sit simpliciter uacū: nihil erit simpliciter leue. hoc autem est contra sensum. quoniam ut dicit commentator: sensu uidemus ignem esse leuem in omnibus locis sicut uidemus terram esse grauem in omnibus locis.

Graue quidem enim uidetur quibusdā esse etiam alteris: et semper ferri ad mediū. est autem similiter et leue. Uidemus enim quēadmodū dictum est prius: quoniam terrea omnibus substant & feruntur ad mediū: sed & determinatū est mediū. Si igitur est aliquid quod oibus superfertur quēadmodū uidetur ignis etiam in ipso aere sursus latus: aer autē quiescens palam quia hoc fertur ad extremum. Quare grauitatē nullaz possibile est habere ipsuz. Substaret. n. utiqz alij. Si autē hoc erit utiqz aliquid aliud: quod fertur ad extremum quod omnibus latis superfertur: nunc autem nullum uidetur. ignis igitur nullam habet grauitatem neqz terra leuitatē. neqz unā siquidē subst̄at omnibus & quod subst̄at fertur ad mediū.

Quartus

Probat intentum. Et diuiditur in duas: quia primo facit quod dictum est. Secundo declarat quoddam suppositum in ratione sua. ibi. Sed ad huc quia. De prima ad probandum quod sit dandum corpus simpliciter graue et corpus simpliciter leue intendit talem rationem. est dandum corpus quod simpliciter fertur deorsum secundum naturam: ut terra. ergo est dandum corpus simpliciter graue. similiter est dandum corpus quod fertur simpliciter sursum secundum naturam ut ignis. quod est dandum corpus simpliciter leue tenet prima a diuisione ad diffinitum. et ante per dictis.

Dicit ergo graue quidem ens uidetur esse quibusdam. id est respectu quorundam ut graue in respectu sicut est aqua. et uidetur esse graue etiam in alteris: id est respectu omnium aliorum elementorum quod est notum semper ferri a medio: id est ad medium. et hoc est graue simpliciter. et similiter est leue quod est natura ferri a medio: et hoc est leue simpliciter: quod sic declaratur. Videmus enim quemadmodum dictum est prius. quomodo corpora terrea omnibus substantiis feruntur ad medium: quod medium est determinatum et finitum. Si igitur est aliquid quod omnibus super erit secundum naturam quemadmodum uidetur esse ipse ignis qui etiam in ipso aere est sursum latus. aer autem est quiescens in suo loco palam: quia hoc scilicet ignis fertur ad extremum. quia ad concavum celi. quare nullam grauitatem est possibile ipsum habere. Substaret enim utique aliquid si haberet aliquam grauitatem. et si hoc esset: tunc utique erit aliquid aliud quod fertur ad extremum quod omnibus sursum latus super fertur. Nunc autem nullum tale uidetur ignis. igitur nullam habet grauitatem neque terra leuitatem. neque una id est nulla. et superfluit negatio. si quidem ipsa terra substantiis omnibus alijs. et quod sic substantiis fertur ad medium simpliciter deorsum. In telligendum secundum commentatorem commento. xxxiiij. quod Aristoteles. stat in isto. est dandum corpus quod mouetur ad medium sub omnibus alijs corporibus ut terra. ergo est dandum corpus quod mouetur ad extremum super omnia et alia corpora ut ignis. patet consequentia. et assumptum est concessum tanquam notum ad sensum. ex quibus ulterius sequitur quod est dandum corpus simpliciter graue et corpus simpliciter leue ut patet ex diffinitionibus eorum.

Sed adhuc quia est medium ad quod latio habentibus grauitatez. et a quo leuibus manifestum ex multis primum quidem si in infinitum non contingit ferri nihil. Quemadmodum enim non est nullum impossibile. sic neque fit latio autem generatio unde quo.

Nunc probat quod supposuerat prius scilicet quod medium determinatum siue finitum. et diuiditur in

duas. quia primo facit hoc. secundo idem probat de extremo. ibi. quonia autem omne. Prima iterum in duas: sicut duas rationes adducit. ibi. secunda. Deinde ad similes. De prima adducit primam rationem probando quod medium ad quod fertur graue simpliciter est finitum et finite distans ab extremo siue concavo celi arguendo sic. Si medium ad quod graue simpliciter fertur est ferri distaret per infinitum ab extremo sequeretur quod nullum graue simpliciter moueretur deorsum ad medium. contra est falsum. et patet consequentia: quia nihil mouetur ad locum ad quem impossibile est ipsum peruenire. modo impossibile est aliquid graue simpliciter peruenire ad locum distantem ab eo per infinitum. Dicit ergo: sed adhuc quia est medium ad quod latio habentibus grauitatem. et a quo est latio corporibus leuibus est manifestum ex multis primum quidem si tale medium distaret ab extremo in infinitum non contingit ferri nihil ad tale medium. et superfluit negatio quemadmodum enim non est nullum impossibile iterum superfluit negatio sic neque fit. latio autem id est motus localis est generatio unde quo. id est exiens de termino a quo et tendens ad terminum ad quem.

Deinde ad similes uidetur angulos ignis quidem sursum latus: terra autem deorsum et omne grauitatez habens. Quare necesse ferri ad medium. hoc autem utrum accidit ad terre medium. aut ad totum quonia idem est alius sermo.

Adducit secundam rationem arguendo sic. grauia mouentur deorsum a concavo celi per equales angulos describendo lineas continue minus et minus distantes et tandem concurrentes in centro mundi. ergo sequitur quod medium mundi non distat ab extremo mundi per infinitum. patet contra. et ante statim declarabit. Dicit ergo. deinde ignis quidem uidetur sursum latus ad similes: id est equales angulos in circulerentia terre descriptos. et terra deorsum et omnem grauitatem habent. quare necesse est ea ferri ad medium finite distans ab extremo. hoc autem utrum accidit ad medium terre: aut ad medium totius: id est mundi: quonia idem est medium: scilicet medium terre et medium mundi. alius est sermo. Intelligendum secundum commentatorem commento. xxxiiij. quod grauia mouentur sursum et grauia deorsum per diametros cauantes in superficie conuexa terre angulos equales. quia sperales rectos. et per consequens describunt lineas que quanto sunt centro propinquiores: tanto minus distant ex quo ulterius sequitur quod concurrunt in centro. et quod medium mundi: in quo est concursus diametrorum solum per finitum distat ab extremo. Quia nec recte. non autem parallele non possunt in in

Quartus

fin'itum protrahi versus eandem differentiam positionis: quin prius concurrant. Et licet idem realiter sit medium grauitatis terre: et medium mundi. tamen differt secundum esse et onem. et gratia mouentur ad illud medium: non ut medium terre: sed ut medium mundi: ut in secundo huius fuit ostensum: quoniam si grauia mouerentur ad illud ut medium terre: tunc ubicunq; esset terra: grauia mouerentur ad illud quod est manifeste falsum. igitur &c.

Quoniam autem omne substans fertur ad medium. necesse oibus quod superfertur ferri ad extremum regionis in qua faciunt motum contrarium enim medium extremo. Substans autem supereminenti. Propter quod et rationabiliter graue et leue duo sunt etenim loca duo: quod medium: et quod extremum:

